BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
C
150
NAPOLI

Digitized by Google

592981

C 150.

Digitized by Google

Digitized by Google

ROMANAE LVCVBRATIONES

SEV

MISCELLANEAE IVRIS DISPVTATIONES.

AVCTORE

HIERONYMO FERDINANDEZ DE OTERO

Vtriuſq; Signaturæ Referendario Apoſt.

AD SANCTISS. D. N.

VRBANVM VIII.

BARBERINVM PONTIFICEM MAX.



ROMÆ, Apud Iacobum Maſcardum. MDCXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

VRBANO VIII.
BARBERINO
PONT. MAX.

HIERONYMVS FERDINANDEZ DE OTERO
eiuſdem Sanctiſſ. humilis, & deuotus Orator
& Familiaris, & Vtr. Signat. Refer.

BEATISSIME PATER,

Inutile reputaui cauſas cur haſce Romanas Lucubrationes, ſeù Miſcellaneas Iuris diſputationes ſub nominis, numinisq; tui auſpicijs in lucem prodire voluerim, recenſere: innumeræ etenim & notoriæ ſunt. Vtpotè qui iam diù Bononiæ (dum Legatus) talem agnoui Principem, tantumq; Patronum. Romæ (dum Signaturæ Præfectus) Protectorem, ſtatusq; mei ſtudioſiſſimum Propagatorem: (dum Pontifex) (ò bone Deus) beneficum Patrem, munificentiſſimumq; Dominum reuerenter fa-

Digitized by Google

teor. De cauſis ſatis: cum libens ommittam tâm rudi calamo in rebus & ſcientijs omnibus innatam delineare virtutem; ſolum fateor hac noſtra temporis fœlicitate Summum Faſtigium in Summa fundari Virtute, hancq; in Supremo ſedere Faſtigio. Quid vltra? Cum igitur (Beatiſſime Pater) tibi ſim nexu deuinctus, quem profiteri magis, quam ſoluere poſſum; has Lucubrationes bonæ fidei debitor vti confeſſionem offero, quibus prætium non à ſe: (cum nihil dignum tuis caſtigatiſſimis auribus & ſubactiſſimo iudicio,) ſed ab affectu meo faciendum obteſtor. Hoc igitur opuſculum pro tua innata benignitate boni, æquiquè conſule, eoquè (quo ſoles aliorum ſtudijs) animo faue. Vt ſic facilè omnium & odium effugere, & inuidiam ſubſtinere valeat, & tractatum de actionibus ſtatim ſub dilectiſſimi tui Nepotis auſpicijs in lucem edere non pertimeſcam. Vale & ſemper vale.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

HAS Romanas lucubrationes (Amice Lector) vti otij vindices in lucem ſub tanti Pontificis luce prodeo, ideoquè à Zoilo immunes. Nequè verò iniquos alieni laboris æſtimatores credo defuturos, qui eas dente maledico carpant; tamen Vitiligatorum huiuſmodi, ac Sycophantarum vanos, inanesq; morſus iure contempſi. Iniuriam etenim reputarem ignorantium laudem: cum ſemper ſit contra ſimiles Martialis telum

Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.

Perlege igitur eo animo & intentione, qua me tuas vt perlegerem velles, diſputationes iſtas, quas præmanibus habui poſtquam librum meum diuerſarum quæſtionum iuris typis mandari curaui, dum Generalis Auditor, & Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ in Regno Neapolis ſimul exiſterem. Nam ſi ita (vt ſpero) feceris, ad maiora animum meum extolles. Sin minus, (quod non credo) oculos intellectus ad Summum Eccleſiæ Dei Præſulem virtutis, litterarumq; Protectorem, & ſtudioſorum omnium vnicum Defenſorem, ſub cuius auſpicijs in lucem prodeunt, conuertere, & ego contentus ero; tu autem mercedem rei creditæ inuenies. Vale.

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videatur Reuerendiſſimo P. Mag. Sac. Palatij.

A. Epiſc. Hieracen. Viceſg.

EGO Ptolomæus Lucarinus Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. Cardinalis Rodulphi Auditor, ex commiſsione Reuerendiſsimi P. Fr. Nicolai de Rodulphis Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, Diſputationes per R. P. D. de Otero in iſto volumine collectas, vidi, & perlegi, nihilquè, quod Catholicæ Fidei, Sacrorum Canonum Decretis, aut bonis moribus repugnet deprehendi, easquè propterea in lucem dari poſſe exiſtimo. Et in fidem me ſubſcripſi. Romæ hac die vndecima Auguſti 1623.

Ptolomæus Lucarinus.

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Rodulphus Ord. Præd. Sac. Pal. Magiſter.

Digitized by Google

INDEX

Omnium Diſputationum, quæ in hiſce Romanis Lucubrationibus continentur.

In quo primus numerus Diſputationem, ſecundus verò paginam ſignificat.

A

AD repudiationem hæreditatis ſeu legati relicti Eccleſiæ, Minori, ſeù Vniuerſitati, an ſit neceſſaria eadem iuris ſolemnitas, quæ ad alienationem rerum illorum requiritur? 1. 2

An ſit aliqua differentia inter miſſum in poſſeſſionem ex primo decreto in actione reali, & miſſum in poſſeſſionem in actione perſonali? 34. 221

Aſſecuratio dotis an & quando debeat concedi? 12. 74

C

CAſus mortis an poſſit extendi ad caſum renunciationis in facultate prouidendi canonicatum ſeù aliam præbendam? 4. 21

Cauſa duobus delegata an poſſit ab vno terminari ex commiſſione alterius coniudicis? 6. 36

Confeſſio multis aſſerentis vxorem eſſe Titij ſufficiat de per ſe ad puniendum de adulterio ſempronium cum ea depræhenſum? 15. 89

Confeſſio facta à clerico coram Iudice ſeculari, an valeat in vim extra iudicialis coram Eccleſiaſtico? 29. 181

Confugiens ad Eccleſiam & ibi obſidiatus, & alimentis priuatus, ſponte ſe tradens curiæ ſeculari, an poſſit puniri pro delicto ab eo commiſſo? vel Eccleſiæ reſtitui? 10. 62

D

DElegatus an poſſit exequi facere ſententiam ſuam? 5. 28

Delictum furti quomodo debeat probari in genere, & in ſpecie ad hoc vt poſſit puniri? 9. 53

Dietæ computatio in actione reali an fieri debeat à fine diœceſis, in qua res exiſtit? an vero à fine diœceſis, in qua reus domicilium habet? 33. 214

E

EPiſcopus in criminibus adulterio grauioribus an poſſit diſpenſare? 32. 204

Ex qua inimicitia tollatur ſeù minuatur teſtium fides? 18. 106

F

FAmulo vnius ex concubinis deponenti ad fauorem alterius in cauſa cum tertio, an ſit plena fides adhibenda? 22. 132

Feudum an poſſit obligari in præiudicium ſucceſſoris? 24. 143

Filius an poſſit exhæredari ex eo, quod meretricem, & inhoneſtam mulierem in vxorem duxerit? 35. 229

H

HAeredes an teneantur pro debitis defuncti in ſolidum, vel pro

ea

Imprimatur, ſi videatur Reuerendiſſimo P. Mag. Sac. Palatij.

A. Epiſc. Hieracen. Viceſg.

EGO Ptolomæus Lucarinus Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. Cardinalis Rodulphi Auditor, ex commiſsione Reuerendiſsimi P. Fr. Nicolai de Rodulphis Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, Diſputationes per R. P. D. de Otero in iſto volumine collectas, vidi, & perlegi, nihilquè, quod Catholicæ Fidei, Sacrorum Canonum Decretis, aut bonis moribus repugnet deprehendi, easquè propterea in lucem dari poſſe exiſtimo. Et in fidem me ſubſcripſi. Romæ hac die vndecima Auguſti 1623.

Ptolomæus Lucarinus.

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Rodulphus Ord. Præd. Sac. Pal. Magiſter.

Digitized by Google

INDEX

Omnium Diſputationum, quæ in hiſce Romanis Lucubrationibus continentur.

In quo primus numerus Diſputationem, ſecundus verò paginam ſignificat.

A

AD repudiationem hæreditatis ſeu legati relicti Eccleſiæ, Minori, ſeù Vniuerſitati, an ſit neceſſaria eadem iuris ſolemnitas, quæ ad alienationem rerum illorum requiritur? 1. 2

An ſit aliqua differentia inter miſſum in poſſeſſionem ex primo decreto in actione reali, & miſſum in poſſeſſionem in actione perſonali? 34. 221

Aſſecuratio dotis an & quando debeat concedi? 12. 74

C

CAſus mortis an poſſit extendi ad caſum renunciationis in facultate prouidendi canonicatum ſeù aliam præbendam? 4. 21

Cauſa duobus delegata an poſſit ab vno terminari ex commiſſione alterius coniudicis? 6. 36

Confeſſio multis aſſerentis vxorem eſſe Titij ſufficiat de per ſe ad puniendum de adulterio ſempronium cum ea depræhenſum? 15. 89

Confeſſio facta à clerico coram Iudice ſeculari, an valeat in vim extra iudicialis coram Eccleſiaſtico? 29. 181

Confugiens ad Eccleſiam & ibi obſidiatus, & alimentis priuatus, ſponte ſe tradens curiæ ſeculari, an poſſit puniri pro delicto ab eo commiſſo? vel Eccleſiæ reſtitui? 10. 62

D

DElegatus an poſſit exequi facere ſententiam ſuam? 5. 28

Delictum furti quomodo debeat probari in genere, & in ſpecie ad hoc vt poſſit puniri? 9. 53

Dietæ computatio in actione reali an fieri debeat à fine diœceſis, in qua reus exiſtit? an vero à fine diœceſis, in qua reus domicilium habet? 33. 214

E

EPiſcopus in criminibus adulterio grauioribus an poſſit diſpenſare? 32. 204

Ex qua inimicitia tollatur ſeù minuatur teſtium fides? 18. 106

F

FAmulo vnius ex concubinis deponenti ad fauorem alterius in cauſa cum tertio, an ſit plena fides adhibenda? 22. 132

Feudum an poſſit obligari in præiudicium ſucceſſoris? 24. 143

Filius an poſſit exhæredari ex eo, quod meretricem, & inhoneſtam mulierem in vxorem duxerit? 35. 229

H

HAeredes an teneantur pro debitis defuncti in ſolidum, vel pro

ea

ea tantum parte in qua fuerunt inſtituti? 23. 136

I

Impetratis duobus reſcriptis, quorum vltimum non fecit mentionem de ptimo, quod eorum ſit attendendum? 3. 17

In materia præcedentiæ quæ debeant attendi? 20. 117

Ius patronatus an transferatur in Fiſcum per ſententiam Iudicis ſecularis confiſcantis omnia bona delinquentis? 31. 198

L

Laici an ſint prohibiti cognoſcere de cauſis eccleſiaſticis de iure Diuino, an vero de iure tantum humano? 30. 188

M

Mater an debeat audiri pro offenſa facta filio nec mortuo, nec vulnerato? 11. 68

P

Patronus legitimus ſucceſſor an poſſit excludere capellanos præſentatos ab anteceſſore, ex eo quod tempore præſentationis non eſſent in ſacris conſtituti, prout eſſe debebant attenta fundatoris voluntate? 25. 156

Pecunia an poſſit dari mercatori ad negotiandum cum hoc pacto vt capitale ſit ſaluum & lucrum æquis portionibus diuidatur? 19. 113

Pendente relatione facienda coram ſuperiore, an poſſit inferior ad aliquem actum procedere? 13. 79

Priuilegiatus an & quãdo gaudeat ſuo priuilegio contra pariter priuilegiatum? 2. 12

Pro homicidio in rixa commiſſo à militibus præſente Capitaneo, quis & qua pœna debeat puniri? 7. 41

Pro homicidio in rixa commiſſo à verbis iniurioſis affecto, in perſonam iniuriantis, an debeat quis, & qua pœna puniri? 8. 47

Propriam concubinam proprijs manibus ſeu dentibus difformem in facie efficiens, veluti narem obtruncando, qua pœna ſit afficiendus? 17. 102

Q

Quæ inducant mandatum occidendi, & quomodo probentur ad puniendum delictum? 16. 96

Quæ ſint attendenda vt confeſſio rei ſuggeſtiua non dicatur, & confrontatio complicis delicti quomodo fieri debeat? 21. 123

R

Remiſſio vxoris an ſit neceſſaria pro delicti compoſitione concurrentibus alijs conſanguineis ſucceſſoribus hæreditarijs? 27. 169

S

Sententia foriudicationis an reddatur nulla ex defectu legitimæ citationis ad informandum? 26. 164

Si Iudex loci commiſſi delicti carcerauit, habilitauit, & abſentes citauit, contumaceſq; reputauit, deinde Iudex loci originis aliquos de inquiſitis prædictis carcerauit, quis eorum ſit præferendus in procedendo in cauſa? 28. 175

T

Teſtamentum factum ab eo qui cum deportatus in inſulam eſſet, factus fuit miles ſub generali indulto delinquentium, an valeat nec ne? 14. 83

HIE-

HIERONYMI DE OTERO I. V. D. HISPANI

Vtriuſque Signaturæ Referendarij Apoſt.

ROMANAE LVCVBRATIONES; SEV MISCELLANEAE IVRIS DISPVTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ, Vniuerſitatis, aut minoris alienari non poſſunt abſque iuris ſolemnitate.*

2 *Res vniuerſitatum aut minoris alienari non poſſunt abſque Iudicis decreto.*

3 *Alienatio rerum Eccleſiæ fieri debet propoſita prius cauſa, Capitulo legitime congregato ab illius Decano, & à maiori parte approbata, & ab Epiſcopo confirmata.*

4 *Alienatio rerum monaſterij vel communitatis regularis quomodo fieri debeat?*

5 *Alienatio rerum Eccleſiæ Parochialis, Capellæ, Oratorij, Confraternitatum, aut Hoſpitalis quomodo fieri debeat?*

6 *Alienatio rerum ad dignitatem Epiſcopalem pertinentium, quomodo fieri debeat?*

7 *Ad repudiationem rei Eccleſiæ, Vniuerſitati, aut minori relictæ, an ſit neceſſaria ſolemnitas, quæ ad alienationem rerum Eccleſiæ, vniuerſitatis, aut minoris requiritur?*

8 *Maritus, licet res Dotales vxore inuita alienare non poſſit; poteſt tamen repudiare hæreditatem & legatum.*

9 *Qui cum poſſit aliquid quærere, non quærit, non pertinet ad edictum Prætoris, quæ in fraudem creditorum.*

10 *Interdictum de non alienandis rebus Eccleſiæ, obtinet in his, quæ ſunt in eiuſdem Eccleſiæ patrimonio.*

11 *In acquirendis Prælatus poteſt Eccleſiæ præiudicare.*

12 *Repudiatio eſt alienatio iuris ſolemnitatem requirens.*

13 *Prælatus donare non poteſt abſque cauſa & ſolemnitate.*

14 *Eccleſiæ, Vniuerſitati, aut minori competit actio ad legatum ſeu hæreditatem ſibi relictam, à die mortis Teſtatoris.*

15 *Pater hæreditatem vel legatum filio delatum, ſolus repudiare non poteſt.*

16 *Hæreditas, & legati dominium Eccleſiæ abſque alia traditione à morte teſtatoris acquiritur.*

17 *Hæreditas plerunquè lucroſa eſt, & legatum inutile.*

18 *Alienare prohibitus, actiones cedere, aut ſuper eis ſine iuris ſolemnitate tranſigere non poteſt.*

19 *Eccleſiæ, Vniuerſitati, aut minori melius conſulitur per nullitatem, quam per reſtitutionem.*

20 *Verus intellectus aſſignatur ad cap. fin. 17. q. 4.*

21 *Repudiatio eſt actus alienationi proximus.*

22 *Alienatio eſt quadruplex propriiſſima & propria, impropria & impropriiſſima, & qualis ſit vnaquæquè?*

23 *Pauperior non fit, qui non acquirit, ſed qui de patrimonio ſuo depoſuit.*

24 *Epiſcopus, tutor, adminiſtrator, & œconomus non ſolum tenentur conditionem Eccleſiæ, Vniuerſitatis & minoris deteriorem non facere, ſed etiam ditiorem & meliorem quantum poſſint, reddere.*

25 *Vbi lex indiſtinctè loquitur, indiſtinctè debet intelligi.*

26 *Prælatus qui potuit quærere Eccleſiæ, & Tutor Pupillo, & non acquiſiuit, tenetur ad intereſſe.*

27 *Appellatione rerũ veniunt etiam iura & actiones.*

DISPVTATIO I.

Ad repudiationem Legati ſeu hęreditatis relictæ Eccleſiæ, minori, aut Vniuerſitati, an ſit neceſſaria eadem iuris ſolemnitas, quæ ad alienationem rerũ illorum requiritur?

Non

1 NON dubium eſt res pupilli, aut vniuerſitatis, aut Eccleſiæ alienari non poſſe abſque iuris ſolemnitate, vt de rebus pupilli & minoris probatur in l. fin. §. ſin autem, C. ſi propter pub. penſitat. venditio fuerit facta l. lex quæ tutores, verſic. venditione, C. de adminiſtr. tut. l. 1. & per tot. C. & ff. de rebus eorum, l. 1. & per tot. C. de præd. & alijs rebus min. & declarat optimè Ant. Gom. 2. tom. var. cap. 14. num. 13. cum ſeq. Dueñas in reg. 88. ampliat. 5. & reg. 187. num. 3. Petr. Surdus de alimentis tit. 8. priuil. 45. per tot. vbi plures cit. & alij quos refert & ſequitur materiam proſequens Gut. in tract. de tutelis 2. par. cap. 5. num. 2. De rebus vniuerſitatum, probant Rolan. à Valle conſil. 49. num. 38. lib. 1. Caualcan. de tutor. & curator. num. 123. & 124. vbi alios refert, & Surd. conſil. 28. num. 65. lib. 1. De rebus Eccleſiæ probat text. in cap. placuit, cap. quicunque 12. quæſt. 2. cap. ſine except. ead. cau. & q. cap. nulli, de rebus Eccleſ. cap. 1. & 2. eodem tit. in 6. Clem. 1. eodem tit. extrau. ambitioſæ, eodem tit. l. iubemus, C. de ſacroſanct. Eccleſ. authent. de non alienan. rebus eccleſ. authent. de eccleſiaſtic. rer. alien. & auth. de alien. & emphyteuſi.

2 Solemnitas autem in hoc conſiſtit, quod ſi res minoris vel vniuerſitatis ſint, non alienentur abſque Iudicis decreto. Iuxta ea, quæ tradunt Anton. Gom. & Ioan. Gut. vbi ſup. & Plot. in tract. de in lit. iur. Rolan. Caualc. & Surd. vbi ſupra.

3 Si autem res ſint Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegialis, Capitulo legitimè congregato, & cauſa ab illius Decano propoſita, iuxta Vlp. conſil. in l. 1. l. magis puto, ſ. non paſſim, ff. de rebus eor. alienatio à maiori parte approbetur, & ab Epiſcopo confirmetur, & tunc legitima erit alienatio, vt in d. cap. ſine except. d. cap. tua nuper.

4 Si vero res ſint monaſterij, vel communitatis regularis Epiſcopo ſubiectæ, interueniente eodem tractatu, de quo proximè, Epiſcopi etiam

Digitized by Google

approbatio requiritur. cap. Ab batibus 41. 12. quæſt. 2. cap. in venditionibus 40. cap. nullus, 39. 16. quæſt. 4. vbi gloſ. & commun. Si verò monaſterium vel Communitas non ſit ſubiecta Epiſcopo, illius authoritas non requiritur, & ita in praxi receptiſſimum eſt ex gloſ. verb. proprij in d. Clem. 1. Innocen. in cap. ſtatuimus, in fin. de tranſaction. Capra in repet. d. Clemen. num. 26. & communis ſic intelligenda relata à Redua. in §. in monaſteriorum, num. 9. fol. 171.

5 Si autem res ſint Eccleſiæ Parochialis, Capellæ, Oratorij, Confraternitatis, aut Hoſpitalis, per rectorem, œconomum, vel adminiſtratorem cauſa coram ordinario propoſita, & iudicialiter probata, authoritatem alienandi præſtabit, & tunc ſecura erit alienatio d. cap. in venditionibus, gloſ. verb. de familia, in cap. conſenſus, de rebus eccleſ. & communis ibi.

6 Quod ſi res ſint de pertinentibus ad dignitatem Epiſcopalem, non ſufficit eiuſdē Epiſcopi authoritas, ſed neceſſaria etiam eſt approbatio Capituli, cuius intereſt dignitatem conſeruari d. cap. ſine exceptione, d. cap. tua nuper, & ſi res ſint magni præiudicij non ſolum requiritur conſenſus Epiſcopi & Capituli, ſed neceſſaria erit licentia & authoritas Archiepiſcopi, & ſi Archiepiſcopus alienare vult, Primatis, & ſi Primas Pontificis: quia eodem gradu eſt Archiepiſcopus erga Epiſcopum, quo Epiſcopus erga inferiores, cap. cleros, 25. diſtinct. cap. bene quidem, 96. diſtinct. cap. filijs 16. quæſt. 7. & quia ita à iure diſpoſitum inuenio in d. cap. placuit, & cap. ſi Epiſcopus 12. quæſt. 2. cap. nullus 17. quæſt. 4. gloſ. verbo defenſore in cap. 1. de rebus eccleſ. in 6. à communi approbata ſecundum Imm. in cap. 1. numero 3. de his quæ fiunt à præl. & Alexād. Eſtratic. in repetit. d. extrauag. ambitioſæ. Communis enim contraria, quam probant Bero. in cap. 1. num. 40. de reb. eccleſ. & Reduan. de author. prælati, num. 46. intelligi debet circa alienationem rerum parui præiudicij, in qua ſufficiet authoritas Epiſcopi & con-

conſenſus Capituli abſque Superioris authoritate.

7 Ex quibus oritur diſputatio noſtra, an ſcilicet ad repudiationem alicuius rei minori, vel Eccleſiæ, aut vniuerſitati relictæ, ſit neceſſaria ſupradicta ſolemnitas? & non eſſe neceſſariam probatur ex ſequentibus. Primo nam qui occaſione acquirendi non vtitur, non dicitur alienare, l. alienationis 28. verſic. qui occaſione. ff. de verbor. ſignific. Sed ſupradicta iuris ſolemnitas requiritur ad alienationẽ, vt conſtat ex iuribus ſupra cit. à num. 1. ergo non eſt neceſſaria ad repudiationem.

8 Secundo, nam maritus res dotales vxore inuita, alienare non poteſt, princ. inſt. quib. alien. licet vel non. Sed maritus pro arbitrio poteſt repudiare hæreditatem & legatum l. ſi ſponſus, 5. §. ſi maritus hæres, ff. de donation. inter. ergo ad repudiationem nõ requiritur ſolemnitas, quæ ad alienationem eſt neceſſaria.

9 Tertio, pondero text. in l. qui autem, 6. in princip. ff. quę in fraud. credit. vbi inquit Vlp. quod qui cum poſſit aliquid quærere, non quærit, nõ pertinet ad edictum Prætoris, quo cõſulitur creditoribus reuocando ea, quæ in fraudem eorum fuerint alienata; pertinet enim edictum ad diminuentem patrimonium ſuũ, non ad eos, qui cum poſſint, deſinunt locupletari; ex qua legis diſpoſitione & illius ratione ſatis probatur repudiationem non eſſe alienationẽ, & conſequenter non eſſe neceſſariam eandem iuris ſolemnitatem, quæ ad alienationem.

10 Quarto, nam interdictum de non alienan. rebus eccleſiæ obtinet in his, quæ ſunt in eiuſdem eccleſię patrimonio l. iubemus 14. 1. reſponſo, C. de ſacroſanct. Eccleſ. ibi *deuolutas*.

11 Quinto, nam in acquirendis Prælatus poteſt Eccleſiæ præiudicare, vt ex capit. fin. 16. quæſt. 1. probat ibi celebris gloſ. verbo meliorem, & communis, quam probant vtriuſque partis defenſores, & Burſat. conſil. 50. numer. 31. tom. 1. Rom. conſil. 184. & alij adducti ibi ab Horatio Man-

Mandoſ. in additione vltima. Ex quibus hanc ſententiam, nempe ad repudiationem non requiri ſolemnitatem, quæ ad alienationem eſt neceſſaria, tenuerunt Feder. de Sen. conſil. 9. Lap. alleg. 26. Roman. d. conſil. 184. Bart. in l. tutor, de bonor. poſſeſſ. communior & praxi recepta ſecundum Iaſ. in l. legatum num. 39. de leg. 1. vbi Soccin. firmat. Roland. conſil. 15. à num. 23. volum 1. Quintil. Mandoſ. in addit. ad Lap. Burſ. conſil. 55. num. 23. tomo 1. & Put. deciſ. 519. lib. 2.

12 Contrarium tamen nempe repudiationem eſſe alienationem iuris ſolemnitate indigentem, probatur ex ſequentibus. Primo ex tex. expreſſo in l. magis puto, §. fundum, ff. de reb. eorum, qui ſub tutor. vel curat. ſunt, vbi Vlpian. in hęc verba: *fundum autem legatum repudiare pupillus ſine prætoris authoritate non poteſt: eſſe enim & hanc alienationem, cum res ſit pupilli, nemo dubitat.*

13 Secundo, nam Pręlatus donare non poteſt abſque cauſa, & ſolemnitate d. cap. ſine exceptione, cap. 2. cap. apoſtolicæ, de donat. Sed repudiatio, donatio eſt d. l. ſi ſponſus, §. ſi maritus hæres, ff. de donat. inter. ergo neque repudiare poterit.

14 Tertio, nam negari non poteſt Eccleſiæ, Vniuerſitati, vel minori ad legatum, vel hęreditatem competere actionē. l. 1. & 2. C. commun. de leg. etiam hypothecariam, l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Vnde ipſam rem videtur habere l. qui actionem 15. ff. de reg. iuris. ſed interdictum, de quo agimus, excludit alienationem actionis ad rem pretioſam, c. quidquid 36. 12. quæſt. 2. cap. 2. de reb. eccleſ. non alienan. in 6. d. clem. 1. cod. tit. & d. extrauag. ambitioſæ, & voluit communis ex Abb. num. 9. Immo & Barbat. 14. Bero. 74. in cap. nulli, eodem tit. in antiq. ergo abſque iuris ſolemnitate repudiatio fieri non poterit.

15 Quarto, nam pater in bonis filij vſumfructum hodie habens, alienareque prohibitus l. 1. C. de bon. matern. l. cum oportet, §. non tamen, C. de bonis quæ liber. hæreditatem vel legatum filio dela-

latum, ſolus repudiare non poteſt. ex communi illorum iurium intellectu, ſecundum infra referendos. ergo nec prælatus poterit.

16 Quinto, nam hæreditatis & legati dominium Eccleſiæ abſque alia traditione à morte teſtatoris acquiritur, l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & probat. commun. ibidem, & Tiraquel. de pia cauſa cap. 39. Menoch. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. in princip. num. 54. Sed in acquiſitis Prælatus non pręiudicat, vt priorem opinionem tenentes, fatentur. ergo non poterit repudiare abſque iuris ſolemnitate: alias enim repudiationem nullam eſſe, tenuerunt Calder. in d. cap. contingit, communis ſecundum ferè omnes, ex fel. num. 4. Ancharan. Imol. & Barbat. in cap. vt ſuper, de reb. eccleſ. & in d. cap. tua nuper, vbi Alexand. num. 2. veriorem & communiorem dicit Ruin. num. 10. Io. Bapt. in repetit. num. 42. veriorem eſſe, probat Aret. in l. is qui hæres, §. fin. ff. de acquir. hæred. Lamber. de iurepatr. lib. 3. quæſt. 2. artic. 9. num. 31. latè Bero. in cap. 1. à num. 102. de in integr. reſtitut. Emil. deciſ. Rotæ 106. num. 3. par. 1. & deciſ. 359. p. 2.

17 In qua opinionum contrarietate priorem in hereditate; poſteriorẽ verò in legato procedere, exiſtimauit Ant. Gabr. lib. 4. tit. de legat. concluſ. 3. Menoch. de arbitr. caſu 171. num. 52. quia hæreditas plerunquè damnoſa eſt, l. quod ſi minor 25. §. non ſemper, verſic. Sceuola, de minor. l. ſi hæreditatem ibi: *hæreditas interdum damnoſa eſt*, ff. mandati, legatum autem vtile eſt d. l. ſi hæreditatem ibi: ***legatum acquiſitum nunquam illi damno eſſe potuit*** l. 1. Commun. de legat. §. legatum. inſt. de legat.

Sed hæc conciliatio conuincitur. Tum ex d. l. fin. C. de Sacroſanc. Eccleſ. Tum etiam quia & hæreditas plerunque lucroſa eſt, vt colligitur ex d. l. quod ſi minor, §. ſceuola, ff. de minor. & d. l. ſi hæreditatem & legatum inutile, l. Imperator 72. §. 1. ff. de legat. 2. Vnde communis & receptiſſima opinio eſt idem in hæreditate & legato ſtatuendum eſſe.

18 Quare poſteriorem ſententiam veriorem eſſe iudico ex fun-

fundamentis pro ea à num.12. adductis. Deinde quia alienare prohibitus, actiones cedere non poteſt, neque ſuper eis ſine iuris ſolemnitate tranſigere, ita ex l.1. & 2. C. ſi aduerſ. tranſact. cap. veniens, c. ſtatuimus, cap. contingit, de tranſaction. & commun. ibi probat Bald. conſil. 450. vol. 2. & in d. cap. veniens, communis ſecundum Crauet.conſil. 92. num. 8.

Nec refert quod dicunt Roman. Iaſ. Palac. Rub. & alij, ſcilicet Eccleſiam poſſe reſtitui ex l. fin. C. de repud. hæred. iuncto cap. 1. cap. auditis, de in integr. reſtitut. cap. 1. eodem tit. in 6. quia reſtitutio ceſſat, competente nullitate, l. in cauſæ. 17. ff. de minor. l. 2. l. ſiquidem, C. de præd. minor.

19 Et quando non ceſſaret, vtilius eſſet Eccleſiæ, & melius illi conſuleretur per nullitaté, quàm per reſtitutionem, ex ratione l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. non eſt neceſſaria: quia Eccleſiæ magis intereſt agere de nullitate, quæ iure directo illi competit, quã contra Prælati hæredes iudicio contendere. Vnde repudiationem ipſo iure nullam eſſe tenendum eſt. Ad fundamenta autem contrariæ opinionis reſpondent Paul. Aret. Io. Bapt. & Bero. vbi ſupra, Rebuff. & Forner. in d. l. alienationis, verſ. qui occaſione, de verb. ſignif. dicentes non habere locum in his, qui ex officio tenentur acquirere, vt tutor & Prælat. Neque procedere in noſtro interdicto alienationem etiam impropriiſſimam compræhendente. quod latius ipſi proſequuntur.

20 Neq; huic reſolutioni quidquam obſtat text. licet vulg. difficilis in cap. fin. 17. q. 4. vbi docuit Auguſtin. poſſe Epiſcopum hæreditatem Eccleſię delatam, filijs donatoris reſtituere. Nam veriſſimum eſt de iure in totum reſtituere non debere: quia citra legitimam, magis Eccleſiæ, quã filijs fauendum eſt: quia ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit, l. ſunt perſonæ. de religioſ. & ſumpt. fun. cap. in præſentia, de probat. liberalitate tamen quadam & pietate prælati feciſſe Auguſtinum, gloſ. 1. & 2. ibi. & commun.

Bart.

Bart. in l. Titia, §. Imperator, num. 6. de leg. 2. Alex. conſil. 92. in princip. & num. 8. vol. 3. Dec. conſil. 416. num. 5. Cou. lib. 1. var. cap. 19. num. 5. Cona. lib. 9. commentar. cap. 8. quam quidem Epiſcopi liberalitatem potuit eccleſia iure directo reuocare, tanquam nulliter factam, ex ſupradictis num. 19. ad quam ſunt reducendæ doctorum interpretationes ad illum textum relatæ ab Ant. Gabr. lib. 3. tit. de donat. concl. 2. num. 61.

21 Et ne vllus quidem remaneat ſcrupulus ad fundamenta pro priori opinione adductà ſupra à num. 7. ſigillatim reſpondebo. Ad primum igitur de d. l. alienationis, verſ. qui occaſione. reſpondeo, quod licet qui occaſione acquirendi non vtitur, non dicatur propriè alienare, vt ibi; quia tamen repudiatio eſt actus alienationi proximus, vt colligitur ex l. fin. C. de rebus alien. non alienan. auth. de non alienan. §. ſi vero, auth. de alien. & emphyteoſi. cap. 1. de alienat. paterni feudi. cap. Imperialem, de prohibita feudi alienatione per Federic. comprehenditur ſub interdicto de non alienan. Secundum cõmunem ex Iaſ. in §. Item ſi quis in fraudem, num. 24. de act. & relat. à Pinello in l. 1. 3. par. à num. 8. C. de bonis matern.

22 Eſt enim alienatio propriiſſima, propria, impropria, & impropriiſſima. Alienatio propriiſſima refertur ad pleni dominij translationem l. 4. ff. de alienat. Iud. l. alienatum, ff. de verb. ſignif. l. 1. cum gl. & com. ibi. C. de fundo dotali. Propria vero refertur ad vtilis dominij translationem arg. l. 1. ff. ſi ager vectig. cap. nulli, cap. ad audientiam de reb. eccleſ. Impropria autem refertur ad vſumfructum, vſum, vel ſeruitutem, cap. non liceat Papæ. 12. q. 2. l. Iubemus, 14. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Impropriiſſima deniquè ad pignus vel hypothecam ſpecialem l. fin. C. de reb. alien. Cum igitur legatario, vel hæredi competat actio hypothecaria hæreditatis, vel legati ſibi relicti. iux. d. l. fi. C. de ſacroſ. eccleſ. merito ſub interdicto alienationis comprehendi, reſoluit gloſ. verb. alienationis, in d. cap. nulli, ab omnibus recepta.

Quomodo reſpondetur ad l. qui autem 6. in princ. ff. quæ in fraud. cred. num. 9. & ad l. iubemus, C. de ſacr. ſanct. eccleſ. num. 10. adductam.

23 Neque obſtat ſecundum fundamentum pro contraria opinione adductum ſupra num. 8. nam ex eo licet marito repudiare hæreditatem donationis cauſa, etiam ſi aliàs ſit prohibita donatio inter vir. & vxorem in d. §. ſi maritus, d. l. ſi ſponſus, ff. de donat. inter: quia vt ibi dicitur, pauperior non fit qui non acquirit; ſed qui de patrimonio ſuo depoſuit, & donatio inter virum & vxorem ex eo ſolum prohibetur, ne pauperior vnus ex eis fiat, & ita ſi pauperior non fiat, valet donatio. vt probat Io. Lop. in c. per veſtras, de donat. inter. §. 47. num. 1. ex cap. fi. eod. tit. & l. 3. in princ. ff. eod. Vnde conſtat maritum ſolum eſſe prohibitum ſuam conditionem deteriorem facere, non autem teneri ſuum patrimonium ampliare: & Ita nimirum ſi liceat illi hæreditatem donationis cauſa repudiare.

24 At vero in propoſitæ diſputationis ſpecie, tutor, adminiſtrator, oeconomus, & epiſcopus non ſolum prohibiti ſunt conditionem pupilli, vniuerſitatis, vel Eccleſiæ deteriorem facere, alienando res ſibi iam acquiſitas abſquè iuris ſolemnitate; ſed etiam per neceſſariam conſequẽtiam repudiando hæreditatem, ſeù legatum ſibi relictum: quia tenentur etiam illorum conditionem ditiorem & meliorem quantum poſſint, facere. vt de tutore probat tex. in auth. vt ij, qui obligatas ſe habere perhibent res minorum §. fi. l. quidquid, C. arbitr. tut. & ex Bal. in l. omnia, §. Item ſolent, ff. de offic. præfec. vrb. & alijs probat Io. Gut. de tutel. & cur. par. 1. cap. 1. nu. 36. De vniuerſitatis adminiſtratore probatur in ſpecie noſtra in l. fi. C. de admin. Ciuitatum. vbi adminiſtrator negligens in petendo ſatiſdationem legati reipublicæ relicti, tenetur ad intereſſe.

Et de Eccleſiæ Prælato, ſeù Oeconomo probatur ex tex. iuncta gloſ. in cap. quicunque, 12. quæſt. 4. vbi Prælatus, qui potuit quærere, & non quæſiuit, tenetur ad intereſſe, & probat

bat ex Peruſi. in cap. 1. de reb. eccleſ. non alien. in 6. & Rebuff. in compen. de reb. eccleſ. non alienan. verſ. ſextus caſus. Redoan, in tract: de reb. eccl. §. Item poſſunt alienari. nu. 3. fol. 243.

25 Deniquè non obſtat tex. in d. cap. fin. 16. queſt. 6. ſupra pro contraria opinione num. 11. adductus. Nam licet communiter DD. exiſtiment prælatum in acquirendis poſſe Eccleſiæ præiudicare, licet non in acquiſitis, idque deducere intendant ex d. cap. fin. Ego contrarium verius ſemper exiſtimaui. Tum quia neque in d. cap. fin. nec vllibi aliò reperitur iure deciſum. Imo contrarium deducitur ex tex. ibi, *quia Procurator Eccleſiæ conditionem poteſt facere meliorem, non deteriorem*, abſque diſtinctione aliqua quærendorum, vel quæſitorum, vnde ſuccedit vulg. reg. l. prætor 20. §. ait prætor, ff. de nou. oper. nunc. & l. de pretio 10. & ibi gl. 1. ff. de publicia. quod vbi lex indiſtinctè loquitur, indiſtinctè debet intelligi: & quando lex, vel ſtatutum nullum caſum excipit, non debet Iudex excipere. ex doct. glo. 2. & ibi addit in l. quamuis, de in ius voc.

26 Tum etiam, quia ſi Prælatus, qui potuit quærere, & non quæſiuit, tenetur ad intereſſe, vt probant Peruſ. in cap. 1. de reb. eccleſ. in 6. Rebuff. in compend. de reb. eccleſ. alien. verſ. ſextus caſus, Reduan. in tract. de reb. eccleſ. §. Item poſſunt, num. 3. fol. 243. & in rub. de rer. Eccleſiaſt. alienat. num. 60. fol. 52. ex Abb. in d. cap. tua nuper, Auguſt. Bero. in d. cap. nulli, de reb. eccleſ. num. 65. per tex. cum gl. in cap. 2. 12. quæſt. 4. ad inſtar tutoris, qui potuit acquirere pupillo, & non acquiſiuit, iux. l. quidquid, C. arbit. tutelæ. Neſcio quomodo ſe compatiantur hæc duo, tenetur quærere aliàs punitur. & poteſt in quęrendis præiudicare Eccleſiæ.

27 Quarè audacter affirmo, neque in quærendis poſſe Prælatum Eccleſiæ, neque tutorem pupillo præiudicare, præcipuè in caſu propoſitę diſputationis ex latè ſupra adductis, & ex eo quod res Eccleſiæ alienari non poſſunt abſque cauſa & ſolemnitate, vt colligitur ex c. 1. & per tot. 12. q. 2. cap. 1. & per

toti de reb. eccleſ. non alienan. in antiq. & in 6. Clem. 1. eod. tit. in 6. & d. extrauag. ambitioſæ. Sed appellatione rerum veniunt etiam iura & actiones l. rei appellatione 23. l. bonorum 49. ff. de verb. ſignific. cum alijs adductis à Pinell. in rub. de bon. matern. 1. par. à num. 2. Cou. in cap. relatum, de teſtam. num. 1. ergo cum à die mortis teſtatoris competat Eccleſiæ, pupillo, vel vniuerſitati actio hypothecaria ad legatum, ſeù hæreditatem ſibi relictam, iuxta l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. non poterit repudiari abſque iuris ſolemnitate, & ita iudicando, & conſulendo ſemper obſeruaui.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum, non gaudet ſuo priuilegio.*

2 *Duabus mulieribus de dote agentibus, antiquior cauſa dotis præfertur.*

3 *Priuilegium monaſterij non extenditur contra aliud monaſterium.*

4 *Eccleſia aduerſus Eccleſiam restituitur.*

5 *Abſens cauſa reipublicæ reſtituitur aduerſus alium abſentem etiam cauſa reipublicæ.*

6 *Perſona cunctis rebus pretioſior exiſtit.*

7 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudet ſuo priuilegio, quoties vtrumquè priuilegium ſimile eſt, idem continet, & ad idem tendit.*

8 *Si priuilegia diſſimilia ſint, ille gaudet ſuo, qui damnum, læſionem, vel captionem patitur.*

9 *Monaſterium ſubſtitutum capit hæreditatem iure directo ex ipſa teſtatoris expreſſa voluntate; monaſterium vero, in quo inſtitutus profeſſus eſt, non iure directo, ſed religionis fauore capit: quia habetur loco filij ex ipſa iuris fictione.*

10 *Vera interpretatio l. minor 36. ff. de minor. & c. auditis. in fin. de in integr. reſtitut.*

11 *Verus intellectus ad cap. de quarta. de præſcript. aſſignatur.*

DISPVTATIO II.

Priuilegiatus, an & quando gaudeat ſuo priuilegio contra pariter priuilegiatum?

Vul-

VULGARE quidem eſt illud iuris axioma, priuilegiatum contra pariter priuilegiatum non gaudere ſuo priuilegio, ſed tot difficultatibus plenum, vt non defuerint, qui contrariam regulam conſtituerint. Quare pro vera vtriuſque opinionis concordia, & perfecta huius regulæ intelligentia, de ea breuiter aliqua diſputare decreui.

1 Conſtituamus igitur pro regula illud vulgare axioma priuilegiatum nempe non gaudere ſuo priuilegio contra pariter priuilegiatum, quæ probatur, Primo ex tex. in l. verum 12. §. item quæritur. ff. de minor. vbi minorem aduerſus minorem reſtituendum non eſſe, ex ſententia Pomponij refert Vlp.

2 Secundo ex tex, in l. aſſiduis. §. exceptis. C. qui potiores in pig. hab. vbi ſi duæ mulieres de dote agant, nulla illarum gaudet priuilegio, ſed antiquior præfertur, hoc eſt antiquior cauſa ipſius dotis.

3 Tertio ex tex. in authen. de ſanctiſſ. Epiſ. §. Sed & hoc præſenti coll. 8. ex quibus hanc concluſionem probarunt Bar. & reliqui in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. Eccleſ. Panor. Ber. Mant. & Pariſ. in c. in præſentia, de probat. Alex. conſil. 155. num. 18. vol. 5. Decia. conſil. 102. in princip. & conſil. 126. num. 2. volum. 3. & alij plures, quos refert & ſequitur Cou. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 2. nu. 4.

4 Contrarium tamen, nempe priuilegiatum contra pariter priuilegiatum gaudere ſuo priuilegio, probatur. Primo ex tex. in cap. de quarta, de præſcript. cap. ad aures. eod. tit. cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & propr. quibus eccleſia aduerſus eccleſiam reſtituitur.

5 Secundo ex tex. in l. qui naue. ff. ex quib. cauſ. maio. vbi reſtituitur abſens cauſa reipublicæ aduerſus abſentem ſimiliter cauſa reipublicæ. In cuius difficultatis reſolutione nonnullas inueni interpretationes Prima in cócurſu priuilegiorum illud obtinere debere, quod potentius eſt, ex dictis iuribus, & ex adductis per Bart. & Iaſſ. num. 13. in d. auth. quas actiones, quorum ſententia comprobari poteſt arg.

arg. tex. in cap. 2. Iuncta gl. de prçſumpt. vbi in concurſu præſumptionum potior & potentior ſemper attenditur. Sed hæc interpretatio conuincitur ex iuribus ſupra adductis à num. 1. in quibus abſquè diſtinctione potentioris priuilegij, priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudet ſuo priuilegio.

Quare ſecunda fuit interpretatio exiſtimantium ſemper attendendum eſſe illud priuilegium, quod fauorabiliori ratione ſubſiſtit. Iuxta ſententiam Bald. in auth. habita, num. 61. C. ne filius pro patre. Quæ interpretatio ſimilis eſt præcedenti & eadem ratione conuincitur.

6 Quare tertia fuit interpretatio, & opinio communis exiſtimantium difficultatem iſtam eſſe hac diſtinctione cõponendam, quod ſi vnum priuilegium rei vel proceſſui datum ſit; aliud vero perſonæ, illud quod perſonæ datum eſt, prævaleat; cum perſona cunctis rebus pretioſior exiſtat. cap. præcipimus. 12. quæſt. 1. cap. per veſtras, de donat. docet Alex. in l. Gallus. §. ille caſus, num. 10. ff. de lib. & poſth. ſequutus Bal. in pulcra ſpetie in l. 1. num. 3. ff. de offic. conſulis. Si tamen vtrumquè priuilegium, vel perſonæ datum eſt, vel cauſæ, ſi vnum permittit, & aliud prohibet, melior eſt conditio prohibentis. Iuxta tex. in l. ſi Rufinus. C. de teſtam. mil. vbi notant Bart. & Bal. ſic intelligentes tex. difficilem in l. 3. §. liberti. ff. de ſuſpect. tutor. nam ſi in caſu illius tex. liberti inter ſe repugnarent de accuſando patrono, melior eſſet prohibentium conditio. Sed hæc ratio non reducit ad concordiam ſupra allegata iura inter ſe pugnantia.

7 Quare omiſſis his, & alijs interpretationibus, de quibus per Cou. vbi ſupra. conſtituo priuilegiatum non gaudere priuilegio ſuo contra pariter priuilegiatum, quoties vtrumquè priuilegium ſimile eſt, idem continet, & ad idem tendit. Iuxta dictam l. aſſiduis verſ. exceptis, & d. §. ſed & hoc præſenti.

8 Si autem diſsimile eſt, tunc illi, qui damnum, læſionem, vel captionem patitur, priuilegium

legium cenſetur eſſe conceſſum, & ille priuilegio vtitur. vt Pomponium explicans, reſoluit Vlp. in d.l. verū. §. Item quæritur. Iuxta quam ſententiam intelligi debet tex. in d. l.fin.ff. ex quib. cauſ. maiores. vbi melior reputatur conditio damnum patientis, quam damnum inferentis. Sic etiam intelligi debet tex. in d. §. Sed & hoc præſenti, quo loci docuit Iuſtin. inſtituto monaſterium ingrediente, monaſterium ſubſtitutum excludere, quaſi illa conditio ſi ſine liberis deceſſerit, inſtituto propoſita, omnino defecerit per religionis profeſsionem, eo quia monaſterium loco filij habeatur.d. cap. in præſentia, de probat. at vero ſi monaſterium ſubſtitutum ſit, non excluditur ab alio monaſterio profeſſionis: quia priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudet aliquo priuilegio.

9 Huic tamen reſolutioni minimè refragatur quod ea attenta, monaſterium ſubſtitutum non debet excludere monaſteriū profeſſionis, quod ſimili priuilegio fulcitum eſt: nam monaſterium ſubſtitutum non capit hæreditatem ex aliquo priuilegio, neque religionis intuitu, ſed potius iure directo, ex ipſa teſtatoris expreſſa voluntate, ex qua ſuccedunt inſtitutus & ſubſtitutus.l.1.& 2.ff.de vulg.& pupil. ſubſt. Sicut enim inſtitutus defuncto ſuccedit, ita & ſubſtitutus. & in hac ſpecie non exiſtentibus liberis, ſiue ex expreſſa, ſiue ex coniecturata voluntate defuncti, vocati ſuccedunt. iux. tex. eleg. in l. cum auus .ff.de condit. & demonſtr.l. generaliter.§.cùm autem.C.de inſtitu.l.cum acutiſſimi. C. de fideicomm. At vero monaſterium, in quo inſtitutus profeſſus eſt, non iure directo hæreditatem capit, ſed religionis fauore, quo monaſterium loco filij habetur. vnde huiuſmodi priuilegium nō debet extendi contra aliud monaſterium, quod ſimile priuilegium habet, & in hac ſpecie maius; ſiquidem iure proprio, & ex voluntate expreſſa defuncti, hæreditatem capit ex d.§.ſed & hoc præſenti, cuius hæc eſt vera & genuina interpretatio. Iuxta quam intelligi & limitari debet tex.

in d.

Digitized by Google

in d. cap. in præſentia, de probationibus.

10 Ex eadem etiam reſolutione nota quod ſi duo minores vel eccleſiæ inter ſe litigauerint, & vnus eorum aduerſus omiſſam allegationem reſtitutionem poſtulauerit, ab altero impediri nō poterit: non enim habet ſimile priuilegium: quia non patitur ſimile damnum, iuxta tex. in l. minor. 36. ff. de minor. iuncto cap. auditis, in fin. de in integr. reſtit.

11 Ex eadem etiam reſolutione intelligetis tex. in cap. de quarta, cum ſimil. ſupra cit. de præſcription. Licet enim Eccleſia Cathedralis contra minorem Eccleſiam præſcribere intendat, nullum priuilegium cenſetur habere: quia priuilegium quadraginta annorum ſolum cenſetur conceſſum Eccleſiæ præſcriptionem patienti, & ſic non verificatur in hac ſpecie regula illa priuilegiatus contra pariter &c. Iuxta quæ ſunt intelligendi tex. in cap. ad aures, cap. Illud, c. quia indicante, de præſcription. cap. 1. eod. tit. in ſexto. & d. auth. quas actiones. Ex quibus habetis practicabilem intellectum regulæ, ſeu propoſitionis quotidianæ, nempe priuilegiatum contra pariter priuilegiatum non gaudere ſuo priuilegio, ſecundum quē de facili ſuo cuiquè caſui eam applicare poteritis, & quando non habeat locum cognoſcetis.

SVMMARIVM.

1 *Primum reſcriptum, de quo non fuit facta mentio in ſecundo, preualet.*

2 *Reſcriptorum natura expoſtulat Principi referenda eſſe omnia, quæ ad iuſtam petitionis conceſſionem expectant.*

3 *Iudici in primo reſcripto deſignato, iuriſdictio competit, cuius abdicatio iniuriam irrogat.*

4 *Poſteriori diſpoſitione prior abrogatur, & quomodo id intelligatur, & quando locum habeat? num. ſeq.*

6 *Teſtamentum prius tollitur per poſterius legitimè factum.*

7 *Reſcriptum ſecundum etiam ſine prioris mentione, quo primus impetrans dolo vel negligentia vſus non fuit, valet.*

8 *Dolus & fraus nemini patrocinari debet.*

9 *Vigilantibus & non dormientibus*

Digitized by Google

bus vitæ ſubueniunt.

10 *Dolus non præſumitur niſi ex argumentis & inditijs probabilibus inducatur.*

11 *Lapſus vnius anni requiritur ad hoc, vt præualeat reſcriptum ſecundum, in quo de primo non fuit facta mentio.*

DISPVTATIO III.

Impetratis duobus reſcriptis, quorum vltimum non fecit mentionẽ de primo, quod eorum ſit attendendum?

1 PRIMVM reſcriptum ad fauorem actoris impetratũ, valere & omnino eſſe attendendum, cum de eo non fuerit facta mentio in ſecundo ab aduerſario obtento, indubitanter affirmabit, qui ſequentia ponderabit fundamenta.

Primo tex. Capitalem & ad hoc expreſſum in cap. cæterum. 3. de reſcriptis, cuius verba ſunt quæ ſequuntur: *Cæterum ſi aliquis ſuper aliqua cauſa ab Apoſtolica ſede impetrauerit litteras, & aduerſarius eius eandem cauſam poſtmodum obtinuerit committi alijs, de commiſſione priori non habita mentione, priores iudices ad deciſionem cauſæ poſſunt procedere, nec ſecundæ litteræ obtinent alicuius roboris firmitatem.*

2 Secundo, nam in reſcriptorum tractatu neminem de Principis poteſtate, ſed de voluntate & intentione dubitare notorium eſt. & ſicut principalis poteſtatis natura liberalitatem benignamq́ue conceſſionem poſtulat. l. beneficium. ff. de conſt. Princ. l. quoties. l. vniuerſa, cum ſequentib. C. de prec. Imp. offer. cap. 1. cum ſeq. 25. q. 2. Ita ſupplicantis officium in petitione iuſta & vera verſatur. tex. eleg. in l. fi. C. de præc. Imp. offer. cap. 2. de reſcript. Quapropter reſcriptorum natura expoſtulat Principi referẽda eſſe omnia, quæ ad iuſtam petitionis conceſſionem expectant: aliàs enim veritatem ſupprimens, vel falſitatem exprimens, non ſolum impetratis carere debet. l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtil. public. cap. ſe-

des, cum alijs, de reſcript. Sed etiam grauiter puniri ratio expoſtulat. l. & ſi legibus. C. ſi contra ius vel vtilit. public. cap. dicenti. ſ. præſcriptione, & §. & ſi legibus 25. q. 2. d. cap. 2. de reſcript. igitur iure quidem optimo primum reſcriptum valere dicendum eſt, ſecundo non obſtante, in quo de primo non fuit facta mentio cum illud impetrans ſanctiſſimo non expreſſerit omnia ad iuſtam ſecundi conceſſionem pertinentia.

3 Tertio, nam iudici in primo reſcripto deſignato, iuriſdictid. competit. cap. paſtoralis. §. fi. de reſcript. cap. 1. c. de cauſis. 4. cap. præterea. 5. cap. ex litteris. 29. de offic. deleg. cap. quamuis, eod. tit. in 6. ergo ad hoc vt ab eis addicaretur, neceſſario de primo certior fieri debebat Pontifex, vt citra iniuriam (quæ iudici priori vtique irrogaretur argumento. l. litigatores 11. ff. de receptis arb.) ratione ita poſtulante, alij cauſam committeret in ſecundo & ita hanc ſententiam vt veriorem probant gl. verſ. commiſſione in d. c. cæterum, quam ſequitur communis ſecundum Innoc. & Hoſt. in princ. Io. Andr. num. 4. Belam. Bal. & Ant. num. 1. Abb. in princ. Fel. & Dec. num. 2. & Rebuff. in comment. 2. tom. tit. de reſcript. num. 90. Menoch. de Arbitr. caſu 202. n. 62. Put. deciſ. 379. lib. 2. & Feder. Scotus conſ. 18. in princ. lib. 3. 2. to.

4 Neque in contrarium quidquam obſtant nonnulla, quæ pro parte aduerſa ponderari poterunt, licet prima facie vrgentia ſatis & difficillima videantur. In primis tex. in l. non eſt nouum. 25. ff. & ideo. l. nam & poſteriores. ff. de legib. cap. 1. de conſtitution. lib. 6. §. poſteriori. inſt. quib. mod. teſt. infirm. cap. vltima voluntas. 13. q. 2. ex quibus probatur poſteriori diſpoſitione priorem abrogari. Nam licet longiorem requirat hæc diſputationem concluſio, breuitati conſulens, reſpondeo pro nunc, veram in ſe eſſe; non tamẽ obſtare iuſtitiæ primi impetrantis, quominus primum ab eo impetratum reſcriptum, præualeat ſecundo, in quo de illo non fuit fa-

cta mentio ex ſupradictis: quia ex illo defectu non legitimum, ſed ſubreptitium dicitur ſecũdum.

5 Non enim eſt dubium lege poſteriori priorem abrogari, quando generalis eſt, abſquè alia mentione: quia generales leges & iura, Princeps ſcire præſumitur vt in d. cap. 1. de conſtitut. cum ſimil. non tamen ſpeciales & ſingulares, ac proinde abſque illarum mentione non cenſentur derogatæ iuxta d. cap. 1. & cap. alma mater, de ſenten. excom. lib. 6. Clem. dudum. §. fi. de ſepult. cum eleganti interpretatione Aretin. in cap. 1. num. 18. de reſcript.

6 Sicuti in teſtamentis, quorum prius tollitur per poſterius legitimum, & non aliàs l. hæredes 21. §. ſi quid poſt, vbi Bart. num. 3. ff. de teſtam. l. milites 36. §. veteranus. ff. de teſtam. mil. l. ſi quis, in princ. ff. de leg. 3. §. ex eo. inſt. quib. mod. teſtam. infirm. Sed ſi priori teſtam. ſit clauſula ſpecialis & derogatoria. ſecundi, non tollitur poſteriore illius mentionem non faciente. d. l. ſi quis, in princ. vbi Bart. & com. Eodem itaquè iure poſteriori reſcripto ſi legitimum ſit, tollitur prius. Legitimum autem accipimus, quo prioris, neceſſaria relatio fit iuxta iura & rationes ſupra à num. 2. adductas.

7 Secundo non obſtat tex. difficilis licet vulgaris in cap. ſi autem, de reſcript. vbi Lucius III. Pont. max. conſtituit valere ſecundum reſcriptum ab aduerſario impetratum, etiam ſine prioris mentione, quo primus impetrans dolo vel negligentia vſus non fuerit. Vnde cum primus impetrans ſuo primo reſcripto per ſpatium fere vnius anni vſus non fuerit, iure quidem optimo potuiſſe videtur aduerſarius impetrare ſecundum, illudque præualere debere, etiam ſi in eo non fuerit de primo facta aliqua mentio.

8 In doloſo: nã dolus & fraus nemini patrocinari debet etiã in reſcript. arg. l. ne ex dolo. ff. de dolo, l. 3. C. de repud. cap. ſedes. 15. cap. ex ratione, cap. ſuper litteris, de reſcript. c. 1. & 2. de alien. iudic. cum alleg. à Menoch. caſ. 101. num. 76. & de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 58.

Surd. conſ. 15. cum alijs.

9 In negligente, vel in pœnam; quia Dij & leges facientes adiuuant, non negligentes, l. non enim 16. ff. ex quib. cauſ. mai. l. quod autem. §. ſciẽdum. l. pupillus 24. ff. quæ in fraud. cred. cap. placuit 2. 16. q. 3. cap. 1. de præſcript. aut quia præſumitur temporis lapſu iam reſcripto vti nolle d. cap. ſi autem. cap. 2. §. fin. de conceſſ. præb. cap. ſi Clericus. 11. de præb. in 6. gl. & com. in d. cap. ſi autem, ex Meneſ. num. 6. Rebuff. in prax. cap. de differentia inter reſcripta num. 42. Menoch. d. caſ. 201. Emilio deciſ. 266. 1. p. Maſcard. de prob. concl. 118. & 1092.

10 Nam reſpondeo temporis lapſu neque dolum, neque negligentiam induci poſſe in caſu noſtro: dolum: quia non præſumitur cum ſit delictum. l. merito 51. ff. pro ſoc. cap. ſtote, de reg. iur. in antiq. niſi ex argumentis & inditijs probabilibus inducatur. l. dolum. C. de dolo. l. dolus. C. de reſcin. ven. cap. 2. de renunciat. in 6. gl. verb. cauſa, in l. apud Celſum, de doli except. gl. 1. in d. l. dolus. Alber. & Alex. in d. l. dolum. Surd. conſ. 32. Maſcard. de probat. concl. 530. & 868.

11 Negligentiam: quia nondum fuit lapſus annus impetrationis reſcripti, quod requiritur ad hoc vt habeat locum diſpoſitio d. cap. ſi autem, de reſcript. Iuxta doctrinam gl. 1. ibi, communiter receptam ex tex. expreſſo in cap. plerunquè 23. de reſcript.

Ex quibus indubitanter dicendum videtur reſcriptum primum præualere debere, non obſtante ſecundo impetrato, in quo de primo non fuit facta mentio.

SVMMARIVM.

1 *Caſus mortis in facultate prouidendi expreſſus, an poſſit extendi ad caſum renunciationis, ſeu alium ſimilem?*

2 *Cedens beneficium, quoad illud habetur pro mortuo.*

3 *Relictum alicui ſub conditione ſi morte patris ſui iuris afficiatur, debetur ſi emancipatione à poteſtate liberetur.*

4 *Diſpoſitio in vno caſu concepta, extenditur ad alium caſum ſimilem.*

Ca-

5 *Caſus mortis & abſentia æquiparantur, ad hoc vt delegatio facta in vno caſu, habeat locum in alio.*

6 *Mandatum de prouidendo beneficio per reſignationem vacaturo, non habet locum ſi beneficium vacauerit per mortem; niſi expreſſè de voluntate mandantis appareat.*

7 *Literæ ſuper obtinendis beneficijs impetratæ, (cum ſint ambitioſæ,) ſunt reſtringendæ.*

8 *In beneficiorum prouiſione modus electiuus non includitur, ſi modus prouidendi exprimitur.*

9 *Caſus ommiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

10 *Summus Pontifex nunquam in alterius iniuriam, & præiuditium priuilegium concedit. Et principum priuilegia pleniſſimè ſunt interpretanda: ita tamen, vt alteri præiuditium non fiat.*

11 *Diſpoſitum in caſum mortis naturalis, non extenditur ad caſum mortis ciuilis, neque in eo verificatur.*

12 *In diſpoſitionibus etiam correctorijs & pœnalibus ſi fiat adæquatio, diſpoſitum in vno, diſpoſitum etiam cenſetur in alio, & tunc compræhenſio, potius quam extenſio dicitur.*

13 *Exhæredatio filij legitimi, & naturalis facta à patre, non tollitur per arrogationem, qui eſt actus minus ſolemnis teſtamento, in quo exhæredatio fieri debet.*

14 *Si filius commiſerit cauſam ingratitudinis, propter quam poſſit exhæredari à patre, ſi per arrogationem reconcilietur patri antequam condiderit teſtamentum, non poterit amplius pro illa cauſa exhæredari.*

15 *Prouiſio facta per modum diſpoſitionis purè in vnum caſum, non extenditur ad alium regulariter.*

16 *Iuriſdictio Iudicis delegati per vſum & exercitium perpetuatur, & durat etiam poſt mortem delegantis.*

DISPVTATIO IV.

Caſus mortis an poſsit extendi ad caſum renunciationis in facultate prouidendi Canonicatum, ſeu aliam præbendam?

Fuit

FVIT nuper a fel. rec. Papa Gregorio XV. emanatum reſcriptum ad fauorem Eccleſiarum Hiſpaniç, quo cauetur quod vacante per obitum cuiuſcunquè Eccleſiæ Cathedralis Canonicatu Pœnitentiariæ, prouiſio illius pertineat ad Capitulum eiuſdem Eccleſiæ, etiam ſi vacet in mēſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis.

1 Cuius reſcripti occaſione de facili poſſet dubitari an vacante huiuſmodi Canonicatu per reſignationem, & renunciationem in manibus Pontificis factam, habeat locum reſcriptum ſupradictum, vel poſſit à Pontifice conferri ei, in cuius fauorem fuerit à poſſeſſore reſignatum, ſeu alteri, cui maluerit Summus Pōtifex? & extendi ad caſum reſignationis, & renunciationis huiuſmodi reſcriptum, ex ſequētibus probari videtur.

2 Primo, nam cedens beneficium, quoad illud habetur pro mortuo. c. in apibus. §. ecce in quibus 7. q. 1. ergo ſicut prouiſio Canonicatus vacantis per mortem, attinet ad Capitulū, ita & vacantis per renunciationem.

3 Secundo, nam relictum alicui ſub conditione ſi morte patris ſui iuris efficiatur, debetur ſi non morte, ſed emancipatione à poteſtate liberetur l. ſi ita. ff. quando dies leg. ced. l. mulier, in princ. ff. ad Trebel. l. ſi mater. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ergo idem dicendum eſt in caſu propoſito.

4 Tertio, nam diſpoſitio in vno caſu concepta, extenditur ad alium caſum ſimilem l. filio, in fin. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. l. fi. C. de poſth. hæred. inſtit. l. iam hoc iure, in princ. ff. de vulg. & pup. ſubſt. §. Illud. inſt. de ſocietate. ergo reſcriptum de prouidendo canonicatu vacaturo per mortem, debet extendi ad caſum vacationis per renunciationem tanquam ſimilem.

5 Quarto facit textus in cap. ſi delegatus de offic. deleg. in 6. vbi caſus mortis æquiparatur caſui abſentiæ, & è contra, ad hoc vt delegatio facta in vno caſu, habeat locum in alio. ergo multo fortius æquiparari debet caſui mortis, caſus

ſus renunciationis ad hoc vt reſcriptum huiuſmodi habeat locum in vtroque caſu.

6 His tamen non obſtantibus fundamentis, contrarium verius puto ex iuribus & rationibus ſequentibus. Primo ex tex. in c. ſuſceptum 6. de reſcript. in ſexto, vbi mandatum de prouidendo beneficio per reſignationem vacaturo, non habet locum, ſi beneficium vacauerit per mortem; niſi expreſsè de voluntate mandantis aliud appareat.

7 Secundo, nam quamuis pleniſſima ſit aliàs in beneficijs interpretatio facienda; litteræ tamen ſuper obtinendis beneficijs impetratæ, debent (cum ſint ambitioſæ) reſtringi. cap. quamuis 4. de præben. in 6. ergo non poteſt extendi huiuſmodi reſcriptum de prouidẽdo Canonicatu vacaturo per mortem, ad caſum renunciationis aut reſignationis.

8 Tertio pondero tex. elegantem in cap. cum in illis. §. illis vero, & §. cum autem, eodem tit. de preb. in 6. vbi diſponitur in beneficiorum prouiſione modum electiuum non includi, ſi modus prouidendi exprimatur.

9 Quarto, nam caſus ommiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſth. l. ſi extraneus. ff. de condict. cauſ. da. cau. non ſeq. nec extenditur diſpoſitio ad caſum nõ expreſſum. l. ſi cum dotem, in princ. ff. ſolut. matr. l. ſed & ſi mors in princ. ff. de don. inter. l. 3. ff. de pact. dotalib. ergo nec debet extendi diſpoſitio reſcripti ad caſum renunciationis non expreſſum in eo, & conſequẽter prouiſio in eo caſu pertinebit ad ſedem Apoſtolicam, in cuius manibus fuit reſignatus canonicatus ex diſpoſitione iuris communis, ſub qua remanſit caſus iſte in eo ommiſſus.

10 Quinto, nam reſcriptũ huiuſmodi eſt præiudiciale non ſolum Pontificię, ſed etiam ordinariæ collationi, cum per ipſum auferatur facultas prouidendi canonicatum vacaturum in menſibus reſeruatis tam ſedi Apoſtolicę, quam ordinarijs. vt notat Domin. in d. cap. quamuis, num. 3. ſed Pontifex nunquam in alterius iniuriam & præiudicium priuile-

uilegium concedit. cap. ex tenore, de for. comp. ergo illius reſcriptum non erit extendendum de vno caſu ad alium, ſed potius reſtringendum, prout reſtringitur reſcriptum ad lites: quia ex eo ordinariæ iuriſdictioni præiudicatur. cap. Rodulfus 35. de reſcrip. Principum enim beneficia debent interpretari; ita tamem vt alteri præiudicium non fiat.cap. cum dilecti, de donat.cap.cum olim, de verb. ſignif. l. beneficium.ff. de conſt. Princip.cap. ex tuarum, de autor. & vſu pal. cap. licet, de offic. ordin. cap. fin. de præb. Quam ſentẽtiam probant Io. Andr. & ordinarij in d. cap. ſuſceptum, & Fel. in cap. 2. num. 23. de reſcript. & Rota deciſ. 1. de reſcript. in nouis. & deciſ. 546. & deciſ. 345. p. 2. diuerſ.

11 Neque obſtant fundamenta ſupra in contrarium adducta à num. 2. nam ad primum reſpondeo negando renuntiãtem quoad ipſam Eccleſiam haberi pro mortuo; quia ſi pro mortuo haberetur, non vtiquè poſſet ad ipſam eccleſiam iterum de nouo reaſſumi & eligi, & tamen reaſſumitur, vt colligitur ex cap. ex tranſmiſſa extra de renunciation. ergo mortuus non eſt. Quod ex eo maximè ſuadetur nam appellatione mortis, non intelligitur niſi mors naturalis. & diſpoſitum in caſum mortis naturalis, non extenditur ad caſum mortis ciuilis, nequè in eo verificatur. l. ex ea 121. §. in inſulam. ff. de verb. oblig. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. niſi in caſibus à iure expreſſ. vt docuit gl. in d. cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6. verb. non morte, & in c. placuit. 16. q. 1. verb. mortuus. Vnde cum reſcripta ſtrictam & propriam recipiant interpretationem vt ſupra probaui num. 7. caſus mortis in eo expreſſus, non poterit extendi ad mortem ciuilem & impropriam; ſicuti quando de ætate fit mentio, de naturali intelligendum eſt, non de ea quæ imperiali beneficio ſuppletur. iux. tex. in l. fin. C. de his qui veniam ætat. impetrau.

12 Nequè huic reſolutioni & concluſioni, quam defendimus, quicquam obſtant argumenta ſupra num. 4. adducta, in quibus probauimus etiam

in

in odioſis fieri extenſionem de caſu ad caſum: odioſam enim eſſe exhæredationem colligitur ex l.cum quidam. ff. de lib. & poſth. tamen extenditur de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum in d.l.filio ff. eodem. nam licet vera & communis opinio ſit ſecundum Iaſ. in auth. quas actiones. num. 17. vſque ad 30. C. de ſacroſanct. eccleſ. relatum & ſequutum à Guidone conſ. 170. num. 122. inter conſil. vlt. volun. vol. 1. quod ſi in correctorijs & pœnalibus facta eſt adæquatio, diſpoſitum in vno, diſpoſitum etiam cenſeatur in alio. In caſu tamen noſtro non poteſt fieri talis extenſio ex defectu adæquationis, de qua num. præcedenti, iunctis his, quæ ſupra diximus à num. 6. cum ſequentibus.

Quod autem fuerit facta adæquatio in iuribus num. 4. adductis, patet ex illorum lectura & ſenſu. & ita nimirum ſi fiat extenſio etiam, quæ potius comprænhenſio dici poterat. ſecundum ea; quæ doctiſſimè tradit Paulus Leonius conſ. 27. num. 107. inter conſ. vlt. volunt. vol. 2. ex ſententia Caſtrenſ. conſ. 88. vol. 2. & Oldr. conſ. 141. col. 2. in princ. Alex. conſ. 52. col. 1. vol. 4. Corn. conſ. 124. col. antepen. & conſ. 146. col. 2. vol. 2. & alior. num. 103. ab eod. adduct.

13 Vel ſecundo reſpondeo ad tex. in d. l. filio. exhæredationem quantumuis odioſam, ideo ibi extendi de filio legitimo & naturali, ad filium adoptiuum; quia vna & eadẽ perſona erat, & ipſe filius adoptiuus erat legitimus & naturalis; tamen per emancipationem erat factus ſui iuris, & poſtea per arrogationem factus adoptiuus. Vnde cum adoptio ſit quædam imago & fictio, veritati cedere debet, & ita nec de nouo cẽſetur tranſlatus in poteſtatem, ſed reſtitutus ad priſtinam, nec eſt alius homo, ſed idem, & per conſequens nec fit extenſio de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum, ſed ſolum dicitur exhæredationem factã à patre filij legitimi, non tolli per arrogationem: quia exhæredatio eſt actus ſolemnis, qui non poteſt fieri niſi in teſtamento.

mento. l. quidam in ſuo. C. de cōdition. inſt.& princ.inſt. de exhæredat. liber.& ita non poteſt tolli per alium actum minus ſolemnem, qualis eſt arrogatio. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſtam.& §. ex eo autem ſolo.inſt. quib. mod. teſt. infirm. vbi ſola præſentia teſtatoris, & mutatio voluntatis non ſufficit ad reuocandum diſpoſita in ſolemni teſtamēto,ſed requiritur actus contrarius æquè ſolemnis. Pro qua ſolutione facit reg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & l. prout. ff. de ſolut. quam probat Imol. & Iaſ. in d. l. filio. num. 8. cum ſequentibus.

14 Secundum quem (obiter nota) quod ſi filius commiſiſſet cauſam ingratitudinis, propter quam poſſet exhæredari à patre, ſi per arrogationem reconciliaretur patri, antequam conderet teſtamentum, non poſſet amplius pro illa cauſa exhæredari. ex doctrina ſpecul. in tit. qui filij ſint legit. in verſ. quid ſi filia tua. Ant. de But. in cap. quintauallis. col. 3. de iur. iur. Bal. in l. ſi filiam. C. de inoffic. teſtam. & Iaſ. in auth. non licet. C. de liber. præt. & in d. l. filio. num. 10.

15 Minus obſtant iura num. 3. & 4. adducta, ex quibus colligitur diſpoſitionem in caſum mortis conceptam, extendi ad caſum emancipationis tanquā ſimilem. Pro quorū perfecta intelligentia, & noſtræ diſputationis reſolutione, conſtituo prouiſionem factam per modum diſpoſitionis puræ in vnū caſum, non extendi ad alium: quia caſus ommiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis, vt in d. l. commodiſſime cum ſimil. veluti in caſu noſtræ diſputationis, in quo per modū diſpoſitionis puræ fuit prouiſio conceſſa in caſum mortis, & ita non debet extendi ad caſum renunciationis, qui quidem non eſt ſimilis, nec habet eundem effectum: cum per primum ſolum priuauerit ſe Summ. Pont. facultate prouidendi de illo canonicatu vacaturo de menſe Sedi Apoſtolicæ reſeruato. At vero caſus renūciationis comprehendit quodcunque tempus. Siuè enim modernus canonicus renunciet in menſibus Pontifici, ſiue in menſibus

bus Epiſcopo ſeu capitulo reſeruatis, prouiſio pertinet ad ſedem apoſtolicam. Ex qua reſultat maximum commodum & vtilitas tam Datariæ, quam Cancellariæ. Quæ omnia à ſe abdicaſſe Pontificem vnico verbo non præſumitur, niſi expreſsè dixerit. Si autem alius caſus eſſet ſimilis, & haberet eundem effectum, tunc prouiſio facta etiam per modum diſpoſitionis puræ in vnum caſum, extenderetur ad alium vt in l. fi. §. fi. ff. mand. & in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit, & ibi Bald. & mod. ff. de acquir. hæred. vel ſi virtute caſus expreſsè commiſſi poſſet alius intelligi. vt in d. §. illud. inſt. pro ſoc. cum ſimil. ſup. cit. num. 3. & 4. quorũ hęc eſt vera interpretatio, quam tradit Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 17. cum ſimil. ff. de lib. & poſth. quem ſequitur Iaſ. ibi d. num. 21. cum ſequentibus.

16 Denique non obſtat tex. in cap. ſi delegatus. de offic. & poteſt. iud. deleg. in 6. namquè ideo ibi caſus abſentiæ extẽditur ad caſum mortis: quia iam erat per exercitium perpetuata iuriſdictio delegati. vt conſtat ex eod. tex. ibi *dum tamen illo viuente iuriſdictione vti caperis*. & ita non ex eo, quod diſpoſitum in caſum abſentiæ extendatur ad caſum mortis tanquam ſimilem; ſed ex mera iuris diſpoſitione, ſecundum quam iuriſdictio iudicis delegati per vſum & exercitiũ perpetuatur, nec per mortem delegantis expirat, ſi res iam non ſit integra. Iuxta diſpoſitionem tex. in cap. relatum. & cap. licet vndique de offic. deleg. in antiq. & ego latiſſimè probaui in libello meo ſelectar. interpretat. in interpretat. cap. gratum & cap. relatum de offic. deleg. per tot. Ex quibus remanet cõcluſum in propoſita diſputationis ſpecie caſum renunciationis non compræhendi ſub caſu mortis à Pont. expreſſo in facultate prouidendi: niſi aliter de voluntate eiuſdem Summi Pontificis appareat ex ſupra dictis.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus an poſſit exequi facere ſententiam à ſe latam?*

2 *Index poſtea quam ſententiam*

 tulit,

tulit, functus eſt officio ſuo.

3 *Quæ mixti imperij ſunt, delegari non poſſunt.*

4 *Cauſæ ſpecialiter commiſſæ alicui, neque poſſunt delegari, neque tranſire cum iuriſdictione generaliter mandata.*

5 *Delegatus poteſt ſuam ſententiam executioni mandare.*

6 *Cauſa generaliter commiſſa, cẽſentur commiſſa omnia, quæ ad eius expeditionem pertinent.*

7 *Delegatus exequitur ſententiam ſuam per miſſionem in poſſeſſionem, & num. ſeq.*

9 *Non ſolum delegatus principis, ſed etiam inferioris poteſt exequi ſententiam ſuam.*

10 *Quoties in delegato principis aliquid ſpecialiter receptum eſt, exprimitur à iure.*

11 *Iudex à Prætore datus, nullam habet iuriſdictionem, ſed ſolam notionem & iudicandi facultatem.*

12 *Iudex ſemel latam à ſe ſententiam non poteſt amplius corrigere.*

13 *Actus nullus nomen eius rei, quam ſignificare vult, habere meretur.*

14 *Verus intellectus ad l. ſi vt proponis. C. quo modo & quan. iud. aſſignatur.*

15 *Cauſa mixti imperij delegari poſſunt.*

16 *Verus intellectus. l. 1. ff. de officio eius. aſſignatur.*

17 *Iure etiam canonico delegatus poteſt exequi ſententiam ſuam.*

DISPVTATIO V.

Delegatus an poſſit exequi facere ſententiam ſuam?

1 PRÆ manibus habui articulum, de quo in hac diſputatione, in Regno Neapol. vbi ſententiam à me latam tanquam Iudice delegato, non potuiſſe exequi à me ipſo, pars condemnata pretendebat ex ſequentibus fundamentis, iuribus, & rationibus.

Primo per textum elegantem & ad propoſitum capitalẽ in l. à Diuo pio. ibi *exequantur ij, qui eos dederunt.* ff de re iud.

2 Secundo, nam delegatus poſtquam ſentẽtiam tulit, functus eſt officio ſuo. l. iudex poſteaquam. 55. ff. de re iudic. l. quod iuſſit, ff. eod. cap. in litte-

teris. cap. venerabili. de officio & poteſtate Iud. delegat. quę iura in Iudice delegato accipienda eſſe, docent plures ex Menoch. lib. 1. de arbitr. q. 67. num. 21. & ſeq. quapropter delegatus, qui protulit ſententiam nullam, non poteſt de nullitate & de cauſa iterum cognóſcere. vt argum. tex. in l. ſi vt proponis. C. quomodo & quãdo Iudex. docet, gloſ. ibi verb. commiſit communiter recepta, vt teſtantur Alex. in d. l. Iudex poſteaquam. nu. 12. Iaſ. in l. more. num. 4. ff. de iuriſdict. omn. iud. Dec. in d. cap. in litteris, num. 3. Tiraquel. in l. boues, §. hoc ſermone, limit. 1. num. 4. de verb. ſignif.

3 Tertio, nam ea, quæ ſunt mixti imperij, delegari non poſſunt. vt argum. tex. in l. 1. ff. de offic. eius. defendit Bart. ibi à communi receptus, vt teſtantur Iaſ. nu. 28. Oroſc. nu. 3. ibidem. Alciat. in cap. quod ſedem, num. 5. de offic. ordin. Couarr. lib. 3. var. cap. fin. at executio ſententiæ mixti imperij eſt. l. iubere cauere. ff. de iuriſd. omn. iud. ergo non poterit delegari, & conſequenter non poterit fieri à Iudice delegato tãquam iuriſdictionem non habente.

4 Accedat & quarto loco, quod ſentẽtiarum executio ordinarijs fuit reſeruata ſpecialiter in reſcripto Diui Pij, vt colligitur ex verbis ſupra num. 1. relatis. Sed cauſæ ſpecialiter commiſſæ alicui magiſtratui, neque poſſunt delegari. l. 1. ff. de offic. eius. nec tranſire cum iuriſdictione generaliter mandata. vt docet Fulgoſ. in d. l. 1. num. 21. à communi receptus, teſte Longobalio in repetitione. l. imperium. num. 146. ff. de iuriſdict. omn. iud. ergo ex defectu iuriſdictionis & poteſtatis à lege ordinarijs reſeruatæ, non poterat delegatus ſuam exequi ſententiam. Quã ſententiam defendit gloſ. in d. l. à Diuo Pio. verbo à ſe, in princip. quam ſequuntur Bart. num. 14. & communiter receptam teſtantur Alexand. nu. 6. Iaſ. num. 3. & 5. ibidem. Iaſ. in l. fin. num. 5. C. de Iudic. Panorm. in cap. ſi quis cõtra clericum. de foro compet. & ibi Felin. num. fin. Socin. nu. 14. Alciat. in l. imperium. nu. 20. ff. de iuriſdict. omn. iudic.

&

& lib.2. paradox. cap.4. Ruin. conſ.513.nu. 3. volum.4. cum alijs ab eis citatis.

5 Sed ſalua pace tantorum virorum, contrarium eſt longe verius, nempe iudicem delegatum poſſe ſuam ſententiam executioni mandare. quam defendunt & probant gloſ.1.in cap. quiſquis 2. quæſt. 6. gloſ. verb. & ipſius. in d cap. ſi quis contra clericum. & receptam opinionem teſtantur Panorm. ibid. num. 28. Felin.num. fin. Alexand. in rubr. ff. de officio eius. num. 9. & in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. n.10. Longobal. vbi ſupra nu. 170. & Bernardus Diaz reg. 178. cum alijs ab eis adductis. & probatur ex ſeq. fundamentis.

6 Primo ex reg. tex. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. cap. ſignificaſti. & cap. præterea. de offic. & poteſt. Iud. deleg. l. ad rem mouilem, l. ad legatum, ff. de procurat. cap. præterea. cap. ſuſpicionis. de offic. deleg. in quibus cauetur cauſa generaliter commiſſa, cenſeri commiſſa omnia, quæ ad eam pertinent. Sed executio pertinet ad cauſam principalem. ergo mandata iuriſdictione, etiam executio cenſetur commiſſa.

7 Secundo, pondero text. in c. cum veniſſent. de eo qui mittitur in poſſeſſionem, vbi delegatus executus fuit ſententiam per miſſionem in poſſeſſionem.

8 Tertio pondero text. in l. fin. C de iudic. ibi *& executore negotij*, & in authent. de exhib. reis. §. ſi vero, verſic. *igitur ne latente eo*, colum. 5. quibus probatur delegatum ſententiam exequi poſſe.

9. Neque ſatisfaciunt, qui reſpondent illa iura ſpecialiter loqui in delegato Principis, cui ex priuilegio permittitur executio. vt argum. text. in cap. quærenti. & cap. in litteris. cap. paſtoralis, §. præterea. de offic. deleg. defendunt Bart. in d l. à Diuo Pio. num. 2. & cæteri communiter vt teſtantur Fulgoſ. nu. 2. Iaſ. 10. Alex. in l. 2. num. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. & relati à Menoch. d. lib. 1. quæſt. 74. num. 4. & 8. Nam conuincitur hæc interpretatio. Primo quia illa iura non ſolum loquuntur de delegatis Principum; ſed etiam inferiorum. vt conſt. ex d. l. fin. ibi, *ſiue ab anguſta fortuna, ſiue*

ſiue à iudiciali culmine datus, & ex d. §. ſi vero ibi. *ſi vero non adminiſtret, ſed datus ſit à quodam iudice*.

10 Secundo conuincitur, quia quoties in delegato Principis aliquid ſpecialiter receptum eſt, exprimitur à iure, l. à Iudice, C. de iudic. & in caſibus à iure non expreſſis, vtitur iure communi. Vnde cum nullo iure id ſpecialiter reperiatur expreſſum in delegato Principis, dicendum eſt non de ipſo ſolum, ſed de delegato à quocunquè, iura illa eſſe intelligenda. Ex quibus ſatis probata remanet hæc verior opinio, nempe delegatum poſſe exequi ſuam ſententiam.

11 Neque obſtant fundamenta pro parte aduerſa adducta ſup. à num. 1. nam ad primum de text. in d. l. à Diuo Pio, ibi *exequantur ij, qui eos dederunt*. reiecta interpretatione eorũ, qui reſpondent non prohiberi delegato facultatem exequendi, ſed cumulatiuè permitti Iudici ordinario. quam defendit gloſ. in d. cap. ſi quis contra clericum. verb. ipſius ſolicitudine, & ibi Panorm. n. 4. quæ conuincitur non ſolum ex mente I. C. Sed etiam quia ſi vera eſſet, non erat neceſſarium reſcriptum diui Pij: cum iure communi competat ordinario facultas exequendi ſententiam latam à delegato. Reſpondendum eſt textum illum non loqui de delegato, cui mandata eſt iuriſdictio, ſed de Iudice dato à Prætore, qui nullam habet iuriſdictionem, ſed ſolam notionem & iudicandi facultatem. iuxta l. ait Prætor. ff. de iudic. & ideo non poteſt exequi ſententiam ſuã: Prætoris enim officium olim non erat iudicare, ſed ius dicere. quæ diuerſa ſunt. l. voluit. ff. de interrogat. act. l. quidam 57. §. proinde. ff. de iudic. Rub. & l. vn. C. ne quis in ſua cauſa. nam ius dicere eſt iudicium componere. iuxta formam traditam à Theofilo. in princip. inſt. de interd. actionẽ concedere, l. 2. ff. quod cum eo. l. ſi finita. §. eleganter. ff. de damno infecto. l. 2. C. de form. ſubl. & Iudices dare. l. 1. l. imperium. ff. de iuriſd. omnium iud. princ. inſt. de offic. Iud. qui interdum dicebatur Iudex, interdum Iudex datus aut pedanus, aliquando

do arbiter, vel recuperator. l. fundus. ff. famil. herciſc. l. 3. ff. ne quis eum, qui in ius voc. l. fi. ff. de offic. Præt. l. Iudex, l. eum quem. de iudic. & Iudices dati cognoſcebant de facto, & iudicabant iuxta formam à Prætore eis præſcriptā. & hic erat vſitatus ordo iudiciorum. vt ex varijs explicat Duar. in l. iuriſgentium. §. & ideo rectè. ff. de pact. & lib. 1. diſputat. cap. 53. & in apologia de iuriſdictione & imperio. Corraſſ. lib. 3. Miſcell. cap. 18. Rebar. pro tribunali cap. 11. & lib. 1. de præiud. cap. 4. & obſeruat. Alciat. lib. 2. paradox. cap. 5.

12\. Neque obſtat ſecundum fundamentum pro parte aduerſa ſupra num. 2 adductum. nam reſpondeo eum, qui pronulit ſententiam, functum eſſe officio ſuo ad hoc vt non poſſit ſententiam amplius corrigere. vt colligitur ex d. l. Iudex ibi, *vt Iudex qui ſemel vel pluris vel minoris condemnauit, amplius corrigere ſententiā ſuam non poſſit: ſemel enim malè vel benè officio functus eſt.* l. quod iuſſit. ff. de iudic. ibi *contrario Imperio tollere*, quod longè diuerſum eſt à facultate exequēdi, de qua nos loquimur.

13\. Neque mouere debet, quod delegatus, qui protulit ſententiam nullam, nō poteſt de nullitate & de cauſa, iterum cognoſcere. vt argum. text. in l. ſi vt proponis. C. quomodo, & quando Iudex. defendit. glo. ibi, verb. commiſit, & communis ex relatis à Menoch. d. lib. 1. cap. 67. num. 21. Nam dupliciter reſpondetur. primo non inde ſequi eum, qui rectè pronunciauit, non poſſe exequi ſententiam ſuam, quando vera eſſet communis.

Secundo reſpondetur contra communem, verius eſſe delegatum, qui protulit ſentētiam nullam, iterum poſſe de cauſa cognoſcere. vt defendit Cuma. in d. l. à Diuo Pio. num. 3. nam actus nullus nomen eius rei, quam ſignificare vult, non habet. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. l. fi. C. de ſentent. ex peric. recit. cū ſimil. neque impedit eiuſdem actus operationem. l. 21 ff. de opt. leg. l. is qui hæres. in princ. l. neque is. §. 1. ff. de acquir. hæred. cap. ſi electio. de elect. in 6. & probant Tiraq.

ob in

in l. boues. §. hoc ſermone. limit. 1. per tot. ff. de verb. ſignif. Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen.cap.4.num.38. Pro qua veriori ſententia facit tex. in l. quid tamen 25. in princ. ff. de recept. arb.l. 4. C. de accuſat. l. 1. C. de ſentent. & interlocut. omn. iud. l. ſi præſes. C. quo modo & quando iudex.l.fi. C. de iudic.

14 Neque obſtat tex. in d. l. ſi vt proponis: nam reiecta interpretatione eorum, qui reſpondent text. illum intelligendum non eſſe de delegato, ſed de iudice dato, qui non poteſt cognoſcere de nullitate ſententiæ ſuæ; quod falſum quidem eſt. Reſpondendum eſt in ſpecie illius tex. Iudicem datum vel delegatum, ea ratione non potuiſſe cognoſcere de nullitate ſententiæ, & de cauſa principali: quia iudiciũ illius ſolutum fuit, eo quod ordinarius vetauit eum iudicare,& cauſam alteri commiſſit. vt colligitur ex eodem textu ibi *alterius iudicis notioni terminandum commiſſit*. Vnde ſi non interueniſſet noua delegatio, rectè potuiſſet de nullitate & de cauſa iterum cognoſcere. Nequè ibi quærebatur an delegatus poſſet iterum cognoſcere? ſed an Prætor habuerit iuſtam cauſam delegãdi negotium alteri?

15 Neque item obſtat tertium fundamentum partis aduerſæ num. 3. adductum: nam licet communis ſit opinio ex innumeris relatis à Rimin. in repet.l. 1. ff. de offic.eius. num. 195. Alc. in cap. quod ſedem. num. 5. de offic. ordin. Cou. lib. 3. var. cap. fi. cauſas mixti imperij delegari non poſſe. ex d. l. 1. ex l. nemo poteſt. ff. de reg. iur. l. ſolet. verſ. neque enim.ff. de offic. proconſ. l. ne quidquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ. longè tamen verius eſt contrarium. vt defendit Fulgoſ. in d. l. 1. & in l. cognitio. ff. de offic. eius. Cum. in l.4. §. ſi intra.ff. de damno infec.idem Cum. & Duar. in d. l. à Diuo Pio. Alc. lib. 2. paradox. cap. 11. Longobal. in d. l. imperium num. 159. Vaccon. declarat. 79. num. 3. Cuiac. in paratit. ad tit. de offic.eius.& ante omnes gloſ. in l. 1. C. ne liceat potentioribus. Quorum verior ſententia probatur ex ſequẽtibus.

Primo ex d.l. 1. §. qui mandatam: ibi: *Sed merum imperium quod lege datur, non poſſe tranſire.* & paulo inferius, ibi, *Imperium quod iuriſdictioni cohæret, mandata iuriſdictione tranſire.* Quæ verba vltima ſunt intelligenda de mixto l. imperium. verſ. mixtum. ff. de iuriſd. omn. iud. Secundo ex l. vt cognitio. §. vt poſſeſſio. ff. de offic. eius. iuncta l. imperium verſ. mixtum. & l. iubere cauere. ff. de iuriſd. omn. iud. Tertio ex l. fi. ff. de offic. eius.

16 Neque in contrarium obſtat tex. in d. l. 1. ff. de offic. eius: nam Iur. Conſ. ibi qui retulit exempla cauſarum, quæ delegari non poſſunt, ſolum ponit duo; alterum legis Iuliæ de vi, alterum legis Iuliæ de adulterijs, quæ ad merum imperium pertinent, neque mentionem fecit cauſarum mixti imperij, prout feciſſet, ſi non eſſent delegabiles; cum eſſet maior dubitatio in cauſis mixti, quam meri imperij. Vnde tex. ille ita debet intelligi vt cauſæ omnes tam meri quam mixti imperij vel iuriſdictionis ſimplicis, quæ ſpecialiter committuntur lege vel conſtitutione, nequeant delegari. vt in exemplo. l. neque mandante. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. iuncta. l. muto. §. tutoris datio. ff. de tutel. Et in exemplo l. 2. ff. de offic. eius. iuncta. l. 1. ff. de reb. eorum. Et in exemplo l. cum is §. neque mandari. ff. de tranſact. Vnde cum cauſæ meri imperij ſemper committantur ſpecialiter maioribus magiſtratibus, nunquam poterunt delegari; cauſæ vero mixti imperij ſemper delegari poterunt, niſi ſpecialiter reperiantur alicui commiſſæ. Cum quibus remanet ſatisfactum fundamento num. 4. adducto ſupra.

Neque obſtat tex. in d. l. nemo cũ ſimilibus: quia loquuntur de cauſis meri imperij. vt conſtat ex eodem textu ibi *gladij poteſtatem*; iuncta. l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud.

17 Neque obſtat opinio exiſtimantium iure canonico ſaltem delegatum non poſſe exequi ſententiam ſuam, quos refert Alex. in d. l. à Diuo Pio. n. 6. & Menoch. lib. 1. de arbitr. q. 74 num. 36. nam verius eſt etiam iure canonico delegatum

tum poſſe exequi ſententiam ſuam. vt defendit gl. in cap. quiſquis 2. q. 6. & innumeri relati ab Alex. vbi proximè n. 8. Dec. in cap. ſignificaſti 2. notab. de offic. deleg. Longobal. in l. imperium. num. 70. & 73. & probatur ex tex. in c. ſignificaſti cap. quærenti. cap. paſtoralis. §. præterea. de offic. deleg. cap. in litteris eod. tit. & cap. cum veniſſent. de eo qui mittitur in poſſeſsionem cau. rei ſeru. Ex quibus omnibus clarè deducitur delegatum, ſiuè à Principe, ſiuè ab inferiore, poſſe exequi ſententiam ſuam, tam de iure ciuili, quàm Pontificio.

S V M M A R I V M.

1 *Factum contra formam in delegatione expreßam, eſt nullum.*

2 *Integrum & maturius eſt iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur.*

3 *Delegatus ſubdelegare non poteſt.*

4 *Delegatus commodatario ſimilis eſt, qui rei commodatæ vſum tantum habet, dominio penes commodantem remanente.*

5 *Sententia lata ab vno ex iudicibus à Principe delegatis, cui alius vices ſua cõmiſſit, valet.*

6 *Delegatus Principis etiam ſine iuſta cauſa ſubdelegare poteſt.*

7 *Si duobus vel tribus cauſa committatur, & vnus ex eis alij vices ſuas commiſſerit, & moriatur ante promulgationem ſententiæ, valida eſt ſententia ab alijs promulgata; dummodo ante mortem illius alter iuriſdictione vti cœperit.*

8 *Solus Princeps poteſt committere cauſam appellatione remota.*

9 *Sicut exercitio iuriſdictionis penes plures conſtituto, omnes loco vnius habentur; ita & vnus, cui alius vices ſuas commiſſit, loco duorum habetur, & duas perſonas repræſentat.*

10 *Coniudex qua ratione pro ſe iudicat, & eligit, eadem etiam eligere & iudicare pro coniudice, qui vices ſuas illi commiſſit, debet.*

11 *Ordinarius ſiuè delegatus poteſt eligere aſſeſſores, & illorum iudicio cauſam terminare.*

12 *Delegatus Principis cuius perſonæ induſtria fuit electa, vel cui nudum miniſterium fuit commiſſum, non poteſt ſubdelegare.*

13 *Delegati à Principe maiores ſũt quocunque ordinario.*

DISPVTATIO VI.

Cauſa duobus delegata, an poſſit ab vno terminari ex commiſſione alterius coniudicis?

PRÆTENDIT pars aduerſa (& quidem minus iuſtè) ſententiam latam ab vno tantum ex duobus, quibus cauſa commiſſa erat, nullam eſſe ex ſequentibus fundamentis.

1 Primo, nam cõtra formam in delegatione expreſſam factum, nullum eſt. cap. cum dilecta 22. de reſcript. cap. prudentiam. de offic. delegat. ſed cauſa duobus commiſſa, ſi ab vno terminetur, mutatur forma reſcripti. cap. ſuper quæſtionum 27. §. ſi vero. de offic. delegat. ergo nulla eſt ſententia in præſenti cauſa lata ab vno ex Iudicibus delegatis.

2 Secundo, nam quando Princeps duobus cauſam committit: ex induſtria facit: quia maturius putat iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur iuxta d. c. prudentiam. de offic. delegat. Vnde per neceſſariam conſequentiam fatendum eſt cauſa duobus commiſſa, vnius iudicium nullum eſſe ex defectu intentionis delegantis, etiam ſi alter alteri vices ſuas cõmittat: quia vnius tantum ſententia eſt. contra cap. fin. §. is autem. de officio deleg.

3 Tertio, nam delegatum nõ poſſe ſubdelegare reſponſum fuit in l. 1. §. qui mandatam. & l. fin. ff. de offic. eius. l. more maiorum 5. & l. & quia 6. ff. de iuriſdict. omnium iud. etiam ſi ſit delegatus Principis iuxta textum difficilem. in authent. ad hæc. verſic. delegatus. C. de iudic. iuncto d. c. fin. §. cæterum. de offic. delegat. ergo non potuit vnus ex Iudicibus huic cauſæ à Principe deputatis, alteri Coniudici vices ſuas committere; & conſequenter ſententia ab alio lata nulla eſt.

4 Quarto, nam omnis iuriſdictio poteſtatisquè plenitudo penes delegantem remanet. l. le-

legatum 20. ff. de officio Præſid. l. Legati 13. ff. de officio proconſ. cap. dubium 14. de præbend. in delegatum autem vſum, exercitiumquè iuriſdictionis tranſire, ſignificat l. à Iudice 5. C. de iudic. l. fin. C. vbi & apud quem. ibi *tantummodo iudicandi*, &c. Vnde delegatus commodatario ſimilis eſt, qui rei commodatæ vſum tantum habet, dominio penes commodantem remanente. l. rei commodatæ 8. ff. commod. Vſuarius autem vſum in alium transferre nō poteſt. l. 2. iuncta l. 4. ff. de vſu & habit. §. 1. inſtit. eod. & docent Alciat. paradox. lib. 2. cap. 6. Baccon. declarat. iur. lib. 6. declarat. 84. Rebard. de iudic. lib. 1. cap. 6. ergo rectè ſequitur vnum ex Iudicibus delegatis non potuiſſe vices ſuas coniudici, neque alteri delegare & committere.

5 His tamen non obſtantibus fundamentis, proculdubio fatendum eſt ſententiam latam, iuſtam & validam eſſe, tanquam ritè & rectè promulgatā ab vno ex Iudicibus à Principe delegatis, cui alius vices ſuas commiſſerat. Primo ex textu expreſſo in cap. quamuis 6. de officio deleg. Cuius verba aurea ſunt, quę ſequuntur. *Si vero duobus cauſa committitur, etiam ſi non apponatur vt vnus ſine altero procedat in ea, nihilominus vnus ex ipſis ſiue ſuo coniudici, ſiue alij vices ſuas poteſt committere in hac parte.*

6 Secundo, nam quis dubitat Principis delegatum poſſe ſubdelegare? ex l. à Iudice, C. de iudic. cap. ſuper quæſtionum. §. ſi vero. de offic. delegat. etiam ſine iuſta cauſa. cap. Paſtoralis 28. cum gloſ. verbo exonerare, & communi ibi eodem tit. etiam coniudici, vt in d. cap. quamuis. imò à fortiori. argumento. l. falſo. C. de comm. rerum alien. & inuitis partibus, ex cap. fin. & ibi cōmu. de offic. deleg.

7 Tertio pondero textum elegantem in cap. licet vndiquè, in fin. eodem tit. de offic. delegat. vbi ſi duobus vel tribus cauſa committatur, & vnus ex eis alij vices ſuas commiſſerit, & moriatur ante promulgationem ſententiæ, validam eſſe reſpondet Innocen. III. dummodo ante mortem illius alter

ter iuriſdictione vti cœperit. quanto igitur magis valere debet ſententia ab vno lata viuente altero? Quam ſententiam, & communem concluſionem probant ordinarij in dictis iuribus. Couarr. lib. 3. reſolution. cap. 20. Baccon. declarat. 84. Menoch. de arbitr. quæſt. 54. Petrus Gregor. lib. 47. Sintogmat. Nicol. Vigel. digeſtor. lib. 2. cap. 4. except. 2.

8 Neque quidquam obſtant fundamenta pro parte aduerſa adducta. Non primum num. 1. propoſitum: nam licet verũ ſit nullum eſſe, quod contra formam commiſſionis fit, ex iuribus ibi adductis; negatur tamen minor propoſitio. & ad text. diffic. in d. cap. ſuper quæſtionum. §. ſi vero. reſpondetur veriſſimum eſſe in ſpecie de qua ibi, committendo vnum alteri vices ſuas mutari formam: quia fuerat commiſſa cauſa appellatione remota. quod ſolus Princeps facere poteſt. l. 1. §. fin. ff. à quibus appellare non licet. non autem inferior: quia daret quod non habet. argumen. cap. quod autem. de iurepatr. & reſoluit Dec. in cap. 1. num. 7. de reſcript. vbi late Mant. & Bero. Appoſita enim tali clauſula *appellatione remota* efficitur vtriuſque Iudicis exercitium indiuiduum. d. cap. prudentiam. in princip. vbi gloſ. magna & communis. & d. c. licet vndique. de offic. deleg. quod ſecus eſt in caſu noſtro, in quo ſimpliciter fuit à Principe cauſa commiſſa duobus, quorum vnus alteri vel coniudici vices ſuas poteſt committere, abſque eo, quod forma reſcripti in ſubſtantialibus mutari dicatur. vt in d. cap. quamuis cum ſimilibus ſupra à nu. 5. adductis.

9 Neque obſtat ſecundum: nam ſatisfactum videtur Principi cauſam duobus committenti, ſi ab vno tantum terminetur, quando ei alius vices ſuas committit. ex iuris interpretatione. Sicut enim exercitio iuriſdictionis penes plures conſtituto, omnes loco vnius habentur. ex gloſ. magna poſt principium in d. cap. prudentiam. Ita & vnus, cui alius vices ſuas commiſſit, loco duorum habetur, & duas perſonas repræſentat. ex d. c. li-

Digitized by Google

licet vndiquè. in fin. ibi *vices ſuas & alterius poterit adimplere*. Quæ iuris interpretatio in tantum procedit, vt etiam ſtante clauſula, *quod ſi non omnes*. clauſulę illi ſatisfit ſi duo ſint verè, vel iuris interpretatione. vt in caſu noſtro. ita Imol. in d. cap. licet vndiquè. num. 1. poſt Abbatem & Felin. ibidem. & faciunt tradita per Riminald. in commentar ad l. 1. ff. de officio eius. num. 642. Ripam in l. ſi ventri. §. in bonis. num. 14. ff. de rebus auctor. Iudic. poſſ. & Bald. in cap. 1. §. is verò. ante num. 1. de ſucceſſion. fratrum in feudo.

10 Obiter tamen animaduerto, ita verum eſſe duorum perſonas ſubſtinere conſociũ mediante Conſocij ſubdelegatione: ne tamen duas ſententias proferat diuerſas. argum. cap. ſi quis iuſto. §. porro. de electione. in 6. qua enim ratione pro ſe iudicat, & eligit, eadem etiam eligere, & iudicare pro conſocio debet. argum. text. in l. quod nerua. ff. depoſiti. l. tutor. 13. §. 1. ff. de adminiſt. tut. & notant Abb. in d. cap. quamuis. & Imol. num. 2. Dec. num. 2. & 3. & Abb. in cap. conſtitutis. de appellat. num. 8. Ludou. Roman. ſingul. 78. Lap. alleg. 22. niſi conſocius ſubdelegans ſub ea forma ſubdeleget, vt ſententiam taliter proferat. argum. à ſimili in d. c. ſi quis iuſto. §. porro ibi, *niſi de certa eligenda perſona ſibi dominus dederit, &c.* tunc enim variatio & diuerſitas ſententiarum admitti poterit: quia quot capita, tot ſententiæ, licet ab vno promulgatæ.

11 Neque obſtat tertium: nam Iuriſconſultorum regula delegatum non poſſe ſubdelegare, fallit in delegato Principis. ex iuribus ſupra citatis. Neque obſtat text. in d. auth. ad hæc. cui quatuor intellectus refert gloſ. ibi verb. delegatus, de quibus diſputant Bart. & omnes ibi, & in l. prima. ff. de offic. eius. quibus ommiſſis, verior mihi ſemper viſa fuit hæc interpretatio. Iuſtinianum ibi docuiſſe ordinarios, ſiuè delegatos de illorum aſſeſſorum iudicio, cauſam diffinire poſſe. Rogatus autem Iuſtinianus an illi delegati poſſent ſub delegare? Reſponderet vtiquè delegatũ à Principe poſſe ſubde-

delegare. Iuxta iura ſupra citata. ita Cuiac. in nouella 60. 2. par. in fin.

12 Neque obſtat text. in d. cap. fin. §. is autem. de offic. delegat. ibi enim ideo delegatum Principis non poſſe ſubdelegare dicitur: quia fuerat electa induſtria perſonæ, quo caſu non valet ſubdelegatio, vt ibi, & in cap. is cui. eodem tit. in 6. ſicuti nec valet quando à Principe nudum miniſterium committitur. vt in d. cap fin. §. cæterum; In caſu autem noſtro neq; fuit electa induſtria perſonarum, neque nudum miniſterium committitur. vt ex commiſſione patet, & conſequenter potuit coniudex coniudici, vel etiam alteri vices ſuas committere, vt ſatis probauimus.

13 Neque obſtat vltimum: ab illa etenim regula excipiuntur delegati à Principe, qui Imperialis fortunæ priuilegio. l. benè à Zenone. C. de quadrienn. præſcript. l. deprecatio. ff. ad leg. Rod. de iactu. delegare poſſunt. & in cauſa ſibi commiſſa, maiores ſunt delegati quocunque ordinario. cap. ſanè 11. cap. paſtoralis 28. de offic. deleg. Ex quibus de primo ad vltimum abſquè dubio remanet concluſum ſententiam ab vno ex coniudicibus latam, validam quidem eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Aduerſus euidens periculum naturaliter datur defenſio.*

2 *Poteſt quis ad ſui defenſionem alium offendere & caſtigare.*

3 *Socij criminis non ſunt teſtes omni exceptione maiores, ſed inhabiles & minus idonei.*

4 *Conſanguinei ſunt ſuſpecti cõtra eũ, qui conſanguineũ eorum offendit. & in cauſis capitalibus teſtes debent eſſe omni exceptione maiores.*

5 *Conſpiratores teſtes eſſe non poſſunt aduerſus eum, cõtra quem conſpirauerunt.*

6 *Pro homicidio in rixa plurium commiſſo, quis, & qua pena veniat puniendus? & num. 7. & 8.*

Et melius eſt nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare.

9 *Quando aliter veritas haberi nõ poteſt, ne probationum facultas pareat, admittuntur teſtes minus idonei. & nu. 10.*

Et

Digitized by Google

Et quilibet præſumitur bonus, niſi probetur contrarium.

11 *Quæ ſint attendenda pro arbitranda pœna auctori rixæ imponenda?*

12 *Deciſio huius cauſæ refertur.*

DISPVTATIO VII.

Pro homicidio in rixa commiſſo à militibus præſente Capitaneo, quis debeat puniri? & qua pœna?

CAPITANEVS Antonius de Bloas Vallonus inquirebatur de inſultu in perſonã notarij Franciſci Ciccone vulneribus & morte inde ſequuta in perſonam Fabritij Ciaramella, & ſubtractione bonorum è domibus aliquorum particularium Caſalis Sauigniani, & præcipuè è domo dicti notarij Franciſci Ciccone, qui ex ſequentibus in facto & in iure fore liberandum dicebat.

1 Primo nam vt pluribus teſtium teſtimonijs in defenſionibus probat d. Capitaneus, cum tempore noctis vidiſſet hominẽ æquitantem cum fœmina quadam ad Clunium equi, percunctatus fuit quiſnam eſſet? prædictam fœminam fuiſſe raptam exiſtimans. & d. notarius ſtatim accepit ſcoppitam paruam animo ipſum occidẽdi cum ab extra ignem emiſerit, licet ictum ab intus non eiecerit, & ſtatim ad Caſalem confugit, & cum omnes de illo cum armis aduerſus dictum Capitaneũ adueniſſent, itaut ipſum Capitaneum vulneraſſent, ad ſui honoris & vitæ defenſionem, fuit coactus enſẽ euaginare, & in ipſa rixa fuit vulneratus & occiſus vnus ex villanis, & alij vulnerati. vnde ſuccedit iuris apertiſſimi regula omnino eſſe liberandũ: cum aduerſus euidens periculum naturaliter detur defenſio. ex l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. *qui cum aliter* (inquit Paulus) *tueri ſe non poſſunt, damni culpam dederint, innoxij ſunt: vim enim vi defendere omnes leges, omniaque iura permittunt*. l. 4. ff. eodem. ibi *nam aduerſus periculum naturalis ratio permittit defendere*. l. 2. ibi *is qui aggreſſorem vel quẽ-*

Digitized by Google

cunquè alium in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus, occiderit, nullam ob id factam calumniam metuere debet. & l. 3. vbi punctualiter caſus dicti Capitanei deciditur. C.ad l.Cornel.de ſic car. vbi Imperator, *ſi quis percuſſorem in ſe venientem gladio repullerit, non vt homicida tenetur: quia defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur*. iuncta l. vt vim. ff.de iuſtit. & iure.& l.1.§ vim vi, ff. de vi & vi armata.

2 Secundo, nam negari non poteſt (cum ex informatione regij fiſci conſtet) dictum notarium fuiſſe aggreſſorem huius rixæ: aiunt enim teſtes fiſci enſe euaginato ſe præſentaſſe d. Capitaneo dicentem, *che rumore è queſto?* vnde ſuccedit iuris regula poſſe quem ad ſui defenſionem offendere & caſtigare. maxime cum ſe percuſſū vidiſſet Capitaneus. per l. quiſquis cum militibus, C.ad leg. Iul. maieſt. iunctis iuribus proximè citatis. Neq; propter auctoritatem Capitanei & militum licebat illis cedere; ſed reſiſtere. per ea quæ dicit Innocent. in cap. continentiam. de cleric. percuſſore, & Dec. in cap. quia quæſitum. de offic. deleg.

3 Tertio, nam teſtes omnes examinati pro fiſco contra dictum Capitaneum,ſunt inhabiles, & nulla eſt eis fides adhibenda: quia alij ſunt principales, qui interuenerunt in ipſa rixa tanquam ſocij, alij parentes & conſanguinei, alij patriotæ naturaliter odioſi,& inimici dictorum militum. vt de ſocijs eiuſdem criminis probatur in l. quoniam liberi. C. de teſtib. & ibi Bald. cap.veniens extra eod. & probat Specul. in tit. de teſt. §. 1. verſic. item quod eſt ſocius. & in terminis caſus noſtri probat gloſ. ſing. in l. item apud labeonem. §.tenetur. ff. de iniur. & Cæpoll. conſil. 32. colum.4. Alexand. in d.l. apud labeonem. §. fin. & Bart. in l.3. §.ſi tutore. ff.de ſuſpect. tut.

4 De parentibus & conſanguineis probat Hyppol. conſil. 51. num. 14.& conſil.76.nu. 27. volum. 1.& conſil. 88.nu. 10. vol.2. & conſil. 113.num. 25.volum. 2. Butr. in cap.cum oporteat. num. 6. de accuſat. Pariſ. de Put. de Syndic. §.an ſtetur. num. 23. ſunt enim ſuſpe-

ſpecti. & Alexand.conſil. 133. num. 8. libro 1. & non omni exceptione maiores. ex Dec. conſil. 310. nu. 3. Socin. iun. conſil. 12. num. 10. volum. 2. prout eſſe debent in cauſis capitalibus. ex ſententia Annæ. conſil. 13. num. 8. Dec. conſil. 429. num. 12. Hyppol. conſil. 12. num. 8. vol. 1. & Gramm. conſil. 59. num. 19. cum alijs ab eis relatis.

5 De patriotis probat Dec. in cap. inſuper. num. 6. de teſt. Alexand. conſil. 68. num. 4. lib. 2. Paul. de Caſtro conſil. 110. num. 7. volum. 1. Ruin. conſil. 12. volum. 5. num. 9. & conſil. 119. volum. 4. num. 8. & conſil. 106. volum. 5. num. 5. & Gramm. conſil. 22. num. 2. maximè cum omnes conſpirauerint aduerſus dictum Capitaneum, vt ex actis conſtat: quo caſu ſuccedit doctr. Nell. in tract. de teſtib. num. 6. & Steph. Aufrer. eodem tractatu num. 27. dicentium teſtes eſſe non poſſe conſpiratores aduerſus eos, contra quos conſpirauerant.

6. Quarto deniquè & vltimo, nam (habito pro cõſtanti fuiſſe quandam rixam incidenter ortam) certiſſimum eſt iuris principium, vnumquemquè teneri de eo quod fecit; & ita cum certum ſit vnum fuiſſe occiſum, non tamen conſtet de occiſore, nullus homicidij pœna tenetur. gloſ. in l. item Mela. §. ſed ſi ſeruum plures. ff. ad l. Aquil. & gloſ. in cap. quieſcamus. diſtinct. 42. & ex pluribus probat. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 392. nu. 19. nam melius eſt nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare. ex l. abſentem. ff. de pœn. & Iul. Clar. plures adducens in §. homicidium. num. 37. Alexand. conſ. 15. colum. 2. lib. 1. Dyn. in cap. in pœnis. & in cap. in obſcuris. de regul. iur. in ſexto. & Cagnol. in l. fauorabiliores. & in l. ſemper in obſcuris. ff. de regul. iur. Farinac. quæſt. 96. n. 14. vbi de communi teſtatur, & nu. 21. vbi dicit, quod propter incertitudinẽ omnes abſoluuntur à pœna ordinaria homicidij, & condemnantur in extraordinariã arbitrio Iudicis, infinitos auctores referens per integram columnam hanc ſententiam tenentes, præcipuè Gramm. conſil. 5. num.

cunquè alium in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus, occiderit, nullam ob id factam calumniam metuere debet. & l. 3. vbi punctualiter caſus dicti Capitanei deciditur. C. ad l. Cornel. de ſic car. vbi Imperator, *ſi quis percuſſorem in ſe venientem gladio repullerit, non vt homicida tenetur: quia defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur*. iuncta l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. & l. 1. § vim vi, ff. de vi & vi armata.

2 Secundo, nam negari non poteſt (cum ex informatione regij fiſci conſtet) dictum notarium fuiſſe aggreſſorem huius rixæ: aiunt enim teſtes fiſci enſe euaginato ſe præſentaſſe d. Capitaneo dicentem, *che rumore è queſto*? vnde ſuccedit iuris regula poſſe quem ad ſui defenſionem offendere & caſtigare. maxime cum ſe percuſſū vidiſſet Capitaneus. per l. quiſquis cum militibus, C. ad leg. Iul. maieſt. iunctis iuribus proximè citatis. Neq; propter auctoritatem Capitanei & militum licebat illis cedere, ſed reſiſtere. per ea quæ dicit Innocent. in cap. continentiam. de cleric. percuſſore, & Dec. in cap. quia quæſitum. de offic. deleg.

3 Tertio, nam teſtes omnes examinati pro fiſco contra dictum Capitaneum, ſunt inhabiles, & nulla eſt eis fides adhibenda: quia alij ſunt principales, qui interuenerunt in ipſa rixa tanquam ſocij, alij parentes & conſanguinei, alij patriotæ naturaliter odioſi, & inimici dictorum militum. vt de ſocijs eiuſdem criminis probatur in l. quoniam liberi. C. de teſtib. & ibi Bald. cap. veniens extra eod. & probat Specul. in tit. de teſt. §. 1. verſic. item quod eſt ſocius. & in terminis caſus noſtri probat gloſ. ſing. in l. item apud labeonem. §. tenetur. ff. de iniur. & Cæpoll. conſil. 32. colum. 4. Alexand. in d. l. apud labeonem. §. fin. & Bart. in l. 3. §. ſi tutore. ff. de ſuſpect. tut.

4 De parentibus & conſanguineis probat Hyppol. conſil. 51. num. 14. & conſil. 76. nu. 27. volum. 1. & conſil. 88. nu. 10. vol. 2. & conſil. 113. num. 25. volum. 2. Butr. in cap. cum oporteat. num. 6. de accuſat. Pariſ. de Put. de Syndic. §. an ſtetur. num. 23. ſunt enim ſuſpe-

ſpecti. & Alexand.conſil. 133. num. 8. libro 1. & non omni exceptione maiores. ex Dec. conſil. 310. nu. 3. Socin. iun. conſil. 12. num. 10. volum. 2. prout eſſe debent in cauſis capitalibus. ex ſententia Annæ. conſil. 13. num. 8. Dec. conſil. 429. num. 12. Hyppol. conſil. 12. num. 8. vol. 1. & Gramm. conſil. 59. num. 19. cum alijs ab eis relatis.

5 De patriotis probat Dec. in cap. inſuper. num. 6. de teſt. Alexand. conſil. 68. num. 4. lib. 2. Paul. de Caſtro conſil. 110. num. 7. volum. 1. Ruin. conſil. 12. volum. 5. num. 9. & conſil. 119. volum. 4. num. 8. & conſil. 106. volum. 5. num. 5. & Gramm. conſil. 22. num. 2. maximè cum omnes conſpirauerint aduerſus dictum Capitaneum, vt ex actis conſtat, quo caſu ſuccedit doctr. Nell. in tract. de teſtib. num. 6. & Steph. Aufrer. eodem tractatu num. 27. dicentium teſtes eſſe non poſſe conſpiratores aduerſus eos, contra quos conſpirauerant.

6. Quarto deniquè & vltimo, nam (habito pro cõſtanti fuiſſe quandam rixam incidenter ortam) certiſſimum eſt iuris principium, vnumquemquè teneri de eo quod fecit; & ita cum certum ſit vnum fuiſſe occiſum, non tamen conſtet de occiſore, nullus homicidij pœna tenetur. gloſ. in l. item Mela. §. ſed ſi ſeruum plures. ff. ad l. Aquil. & gloſ. in cap. quieſcamus. diſtinct. 42. & ex pluribus probat. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 392. nu. 19. nam melius eſt nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare. ex l. abſentem. ff. de pœn. & Iul. Clar. plures adducens in §. homicidium. num. 37. Alexand. conſ. 15. colum. 2. lib. 1. Dyn. in cap. in pœnis. & in cap. in obſcuris. de regul. iur. in ſexto. & Cagnol. in l. fauorabiliores. & in l. ſemper in obſcuris. ff. de regul. iur. Farinac. quæſt. 96. n. 14. vbi de communi teſtatur, & nu. 21. vbi dicit, quod propter incertitudinẽ omnes abſoluuntur à pœna ordinaria homicidij, & condemnantur in extraordinariã arbitrio Iudicis, infinitos auctores referens per integram columnam hanc ſententiam tenentes, præcipuè Gramm. conſil. 5. num.

7. & 8. vbi ab iſta ſententia in iudicando non eſſe receden dum, & non niſi pecuniariam pœnam imponendam eſſe in hoc caſu affirmat. Et ita in practica habuiſſe in Ciuitate Salmanticen. dicit Ant. Gom. de delict. cap. 3. Rubr. de homicid. num. 37. in fin. verſic. quarta concluſio.

7. E conuerſo autem pro fiſco videbatur dicendum præfatum Capitaneum acriter puniendum eſſe tanquam homicidiarium, vt ex reſponſione ad fundamenta pro eo adducta, & ex alijs infra adducendis apparebit. In primis igitur diuerſum eſt factum ab eo, quod dictus Capitaneus probare intendit ex depoſitionibus ſuorum militum, per quas nō corruit probatio fiſci, quæ aliter ſe habet, ex his quæ ſupra diximus num. 3. & 5. & dato (citra veri præiudicium) quod ita ſe haberet factum, prout ipſe Capitaneus præſupponit, adhuc venit puniendus pœna ſaltim ordinaria homicidij in rixa commiſſi, tāquam auctor ipſius rixæ: quia cum ad ipſum non expectaret cognoſcere, an mulier illa eſſet rapta necne? Sed ſolum Caſtellum, cuius præſidio aſſiſtebat, ab inimicis defendere, & quietē conſeruare inter milites, & incolas eiuſdem Caſtellis. iux. l. officium. in princip. & §. fin. ff. de re militari; non autem illos gubernare, aut iuſtitiam miniſtrare: cum ad id Iudices ordinarij ſint deputati in regno, immiſcendo ſe negotijs, quæ ad ipſum non expectabant, maximè iuriſdictionem vſurpando alienam, dabat quidem operam rei illicitæ. Vnde tanquam auctor rixæ puniendus venit pœna ordinaria, etiamſi non conſtet ipſum occidiſſe præfatum Fabritium. ex l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. qua actione. §. proinde. l. item ſi obſtetrix. in princip. & l. ita vulneratus. in princip. ff. ad l. Aquil. l. hoc iudicio. ff. de ſer. corru. & ita à legum verticibus receptum eſſe ait Roland. conſil. 63. num. 3. lib. 2. quem refert & ſequitur Iul. Clar. in d. §. homicidium. num. 39. & plures adducens, & de communi aſſerens Farin. quæſt. 96. num. 63. & 64. & Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu

362. num. 23. & Boer. deciſ. 54. num. 2.

8 Diximus autem puniendũ eſſe pœna ordinaria homicidij in rixa commiſſi: quia non tenetur pœna ordinaria capitis, de qua in l. 1. & per tot. ff. & C. de ſiccarijs. ſed extraordinaria arbitrio Iudicis. ex communi opinione ſecundum Pariſ. conſ. 148. num. 3. libro 4. pract. Carrer. fol. 210. num. 75. Placa. lib. 1. delictor. cap. 12. num. 6. & Couarr. in Clemén. ſi furioſus. par. 2. §. 2. n. 5. vbi plurimos refert, itaut de ea dubitari non poſſit. Ex quibus ceſſat ſecundũ fundamentum ſupra in fauorem d. Capitanei adductum num. 2.

9 Neque obſtat tertium, quo dicebamus, teſtes Regij Fiſci examinati contra dictum Capitaneum, eſſe inhabiles, & eorum depoſitionibus non eſſe fidem adhibendam tãquam ſocijs criminis, conſanguineis, & patriotis, nam dupliciter reſpondetur. Primo, quod (pręterquã non conſtat teſtes examinatos pro Fiſco eſſe ſocios criminis; (prout neceſſe erat ad illos excludendos: cum quilibet bonus præſumatur, niſi contrarium probetur. ex cap. fin. cum vulg. de præſumpt.) etiamſi id probatum fuiſſet, adhuc eis fides eſſet adhibenda; tùm quia plures fuerunt examinati. iuxta ea, quæ notat & tradit Alexand. conſ. 93. volum. 4. Grammat. conſil. 7. num. 12. & conſil. 154. num. 13. Boer. deciſ. 419. num. 17. quem refert & ſequitur Clar. quæſt. 21. num. 11. licet non ad condemnandum, ſed ad torturam tantum dicat ipſe. Tum etiam quia cum rixa illa ſucceſſerit in caſali noctis tempore, non poterat conſtare de ea, niſi per eos de caſali. Vnde ſuccedit iuris regula, quod quando aliter veritas haberi non poteſt, ne probationum facultas pereat, admittuntur teſtes minus idonei & inhabiles, iuxta text. in cap. fi. de teſtib. cogend. vbi Anton. de Butr. & alij in cap. quoniam aliqua. de teſtib. & atteſt. & probant Hyppol. in l. 1. §. Diuus Anton. in fin. de quæſtion. & in l. de minore. §. tormenta. num. 29. ff. eodem. Aretini conſil. 61. Corn. conſil. 58. colum. fin. volum. 1. Gramm. voto 3. num. 6. Dec. conſ. 32. num.

num. 3. volum. 3. cum alijs ab eis relatis & adductis.

10 Quæ doctrina licet loquatur de ſocijs in rixa. vt conſtat ex d. cap. fin. & his, quæ ſupra citati DD. reſoluunt. etiam extenditur ad teſtes conſangui neos & patriotas. vt colligitur ex not. per Alber. de Roſ. in l. ſerui reſponſio. num. 1. ff. de teſtib. & in l. licet. num. 3. C. de præc. Imp. offer. Bald. in d. cap. fin. num. 3. Imol. in cap. cum dilecto. num. 16. de elec. Alexand. conſil. 64. num. 1. lib. 1. Corn. conſil. 63. num. 3. volum. 3. & conſil. 127. volum. 1. Hyppolit. in l. Diuus Pius. num. 7. ff. de quæſtio. & conſil. 5. num. 10. & 31. num. 33. & 22. num. 12. volum. 1. & 127. num. 2. volum. 2. cum alijs ab eis adductis. Vel ſecundo & concludenter reſpondetur non eſſe neceſſarios teſtes Fiſci, ſed ſolum ſufficere depoſitiones teſtium in defenſionibus dicti Capitanei, cum ex eis conſtet auctorem rixæ fuiſſe, & ex ea hominem fuiſſe interfectum, & alios vulneratos, ac proinde puniendum eſſe. iuxta ea quæ ſupra dixi n. 7. & 8.

11 Minus obſtat quartum & vltimum fundamentum num. 6. adductum. nam ibi non negatur dictum Capitaneum eſſe puniendum; dicitur tamen eſſe puniendum pęna extraordinaria arbitrio Iudicis, quod etiam nos fatemur ex ſupra adductis num. 7. & 8. in qua imponenda attendi debēt plura. Primo auctorem rixæ fuiſſe dictum Capitaneū, alienæ iuriſdictioni ſe immiſcens. Secundo, non ſolum non continuiſſe ſuos milites, vt inde pagani continerentur. iuxta d. l. 1. §. fin. de re milit. Imo alios qui in alio Caſali erāt ſub alio duce conuocaſſe. Tertio inde bona fuiſſe ſubtracta è domo dicti notarij, & ex alijs eiuſdē Caſalis. Quarto conſuetudinem eorum militum Vallonū delinquendi, & iniuriandi in eodem & alijs eiuſdem Regni locis pro extorquendis pecunijs.

12 Quibus omnibus rectè perpēſis ſub die 16. Septēb. 1619. diffinitiua ſententia d. Capitaneū Comitiuę officio in perpetuum priuau i, & in vno ex caſtris eiuſdem Regni, vt per decennium deſeruiat ſuæ Maie-

ieſtati abſque ſtipendio decreui, & vt ſoluat hæredibus dicti Fabritij Ciamarellæ occiſi ducatos ducentos, & reſtituat bona ſubtracta de domo dicti notarij, vel pretium illorum liquidandum, cum ex actis adhuc non conſtet. Sed non fuit executum, quia in omnibus fuit agratiatus per excellentiſſimum Proregem.

SVMMARIVM.

1 *Occidens aliquem ad ſuæ vitæ & honoris defenſionem, non eſt puniendus.*

2 *Occidiſſe aliquem ad ſui neceſſariam defenſionẽ an ſufficiat probare præſumptiuè?*

3 *Melius eſt ante tempus occurrere, quam poſt tempus vendicare.*

4 *Terror armorum ſufficit vt quis dicatur in diſcrimine vitæ conſtitutus.*

5 *Si principium eſt licitum, & finis illicitus, vel è contra, attenditur id quod eſt licitum.*

6 *Offenſus in rixa non poteſt teſtificari contra offendentem.*

7 *Concubina in fauorem concubinarij, neq; meretrices in cauſis criminalibus teſtes eſſe poſſunt.*

8 *Vterque reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: nam ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.*

9 *Teſtes qui plures patiuntur defectus, non admittuntur, etiam quando aliter veritas haberi non poteſt.*

10 *Deciſio articuli & cauſæ refertur.*

11 *Excedens limites defenſionis, puniendus eſt pœna extraordinaria, non pro homicidio aut vulnere, ſed mitiori arbitrio Iudicis pro exceſſu.*

DISPVTATIO VIII.

Pro homicidio in rixa commiſſo, à verbis iniurioſis affecto, in perſonam iniuriantis, an debeat quis puniri?

HORATIVS Lilla inquiſitus de homicidio in perſonam Ioannis Baptiſtæ Piſſante, prætendit omnino eſſe liberandum, nequè aliqua fore pæna plectendum ex ſequentibus,

Pri-

Digitized by Google

1 Primo nam vt ex facto conſtat in actis tam ex prima, quam ex ſecunda informatione contra eum pro fiſco capta, orta inter ipſos rixa verbali, cuius auctor fuit d. Ioannes Baptiſta, qui Horatium verbis iniurioſis affecit, & minatus fuit velle eum baculo verberare, dicens. vulgo *me chiauarai queſſo naſo &c. & ti creparò di mazze*, præfatus Horatius illi proiecit baculum, quod incidenter inuenit. quò euenit vt accepta ſcoppita parua, cum qua dictus Ioannes Baptiſta armatus incedebat, contra formam regię pragmaticæ, ipſum cum ea interficere voluit, non ſemel ſed bis, licet ignem non acceperit intus, vt ictum proijceret, quare proiecit ipſam ſcoppitam, & dictum Horatium cum ea percuſſit, in qua quidem rixa dictus Ioannes Baptiſta fuit inuentus vnico vulnere affectus, ex quo mortuus fuit. Qua facti ſerie attenta (quæ veriſſima quidem eſt) conſtat ad ſui defenſionem illum vulneraſſe: quia in vitæ & honoris diſcrimine conſtitutus enſē arripuit & euaginauit, vnde ſuccedit iuris regula liberãdũ eſſe & abſoluendũ. ex his quæ ſupra diximus in præcedenti diſputatione nu. 2. & ex l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. l. 1. C. vnde vi. & l. qui aggreſſorem. C. ad leg. Corn. de ſiccar. per quæ iura afflict. in conſt. terminum vitæ num. 1. dicit nullam eſſe imponendam pœnam.

2 Et ſufficit talem neceſſariã defenſionem probare pręſumptiuè ex Bart. in l. ſed ſi quocũque. in princ. ff. ad leg. Aquil. ſiue vitæ, vt ibi, ſiue honoris vt in l. 1. C. vnde vi. & vtroquè caſu licet inſultatus poſſit tutus aufugere; tamen quia fuga eſt ignominioſa; licitum eſt ei inſultantem occidere. vt eſt communis opinio D D. in d. l. vt vim, maximè attenta qualitate & nobilitate inſultati, quæ notoria quidem eſt.

E conuerſo autem dicebatur d. Horatium inſultaſſe pręfatum Ioannem Baptiſtam, illi proijciendo baculum. Cui obiectioni facilis eſt reſponſio, nam dum Horatius fuit minatus à Ioanne Baptiſta dicente *ti creparò di mazze* licitè potuit Horatius præuenire in proiectione baculi, & etiam ipſum oc-

occidere, cum adeſſet iuſtus metus & timor amiſſionis honoris & vitæ. ex l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ. iuncta doctrina Rim. conſ. 30. & Bal. in d. l. vt vim. ea autem quæ per iuſtum metum fiunt, excuſationem merentur. cap. fi. extra de appellat.

3 Maximè præcedẽtibus minis, quarum effectus non eſt expectandus: melius eſt enim ante tempus occurrere, quam poſt tempus vendicare. arg. l. fin. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt nec. & in terminis probat tex. eleg. in l. 1. C. quando liceat vnicuique ſine iud. ſe vindic. ibi *ac mortem, quam minabatur, excipiat, & id quod intendebat, incurrat: melius enim eſt occurrere in tempore quam poſt exitum vendicare.*

4 Quibus accedit quod prædictus Ioannes Bapt. iam erat in actu offendendi. d. Horatium, cum ipſum inſequeretur cum Scoppito paruo; quo caſu præciſè licitum erat ipſum præuenire, & occidere. ex Bal. in l. in lege. ff. locati, ſubdens ita fuiſſe de facto iudicatum, quem refert & ſequitur Iaſ. in d. l. vt vim. Sufficit enim terror armorum, vt quis dicatur in diſcrimine vitæ conſtitutus, & liceat impunè aggreſſorem occidere. arg. l. 3. §. qui armati. verſ. cum igitur. ff. de vi & vi arm. ibi *eum igitur, qui cum armis venit, poſſumus armis repellere*: Iunctis verbis præcedentibus. d. §. qui armatus ibi. *Sufficit enim terror armorum, vt videantur armis deieciſſe.* & not. Cep. conſ. 29.

5 Rurſus perpendi auream doctrinam. Bart. in l. quod ait lex. §. quod ait lex. num. 3. ff. ad leg. Iul. de adult. quam refert & ſequitur. Boſſ. in tit. de fauoribus defenſionis. num. 7. vbi fauore rei & defenſionis dicit, quod ſi principium eſt licitum, & finis illicitus, vel è contra, attenditur id, quod eſt licitum, ſiue ſit principium, ſiue finis. Vnde quatenus prætenderetur proiectionem baculi fuiſſe illicitam, homicidium, quod eſt finis, fuit licitum cauſa ſe defendendi ab ictibus Scoppiti ex ſupra adductis.

6 Secundo videbatur abſoluendus & liberandus. d. Horatius, quia teſtes examinati in prima informatione, nihil

probant, nequè eis aliqua fides eſt adhibenda, tanquam inuerofimilia dicentibus, tanquam ſocijs itineris, tanquam ſocijs rixæ, & meretricibus, & veritatem tacentibus. Nam Auguſtinus Carrarus dicit, quod cum eſſet intus ſuam apothecam, vidit d. Horatium exeuntem de domo, vbi erat cum baculo & percutientem d. Ioannem Baptiſtam. quod impoſſibile eſt potuiſſe videre d. Auguſtinũ, vt ego facto acceſſu ad locum, per oculorum inſpectionem vidi. Vnde ſuccedit doctr. Baiar. in addit. ad Clar. quæſt. 53. num. 8. & 9. dicentis diſpoſitionem vnius teſtis, qui falſum depoſuit circa factum principale, vel qualitates ſubſtantiales, in totum vitiari.

Item Angelillus Aruolinus erat Socius itineris d. Ioannis Baptiſtæ, cui fides non eſt adhibenda ex dictis in præced. diſput. num. 5. & fuit percuſſus cum baculo, quando Horatius illud proiecit, vnde tanquam principalis offenſus (vt ipſe fatetur in ſua depoſitione) non eſt admittendus ad teſtificandum contra Horatium ex doctr. Gram. deciſ. 25. nu. 2. vbi ex plur. probat.

7 Rurſus Eliſabeta de Ancolino, Catherina Piſanella, & Alegra Papagoda nihil probant, nequè earum depoſitionibus aliqua eſt fides adhibenda: Tum quia vt ipſæ deponũt, erant ſimul cum dicto Ioanne Baptiſta, quando proijciebant mala medica in domum, vbi erat d. Horatius, vnde orta fuit rixa. quare ſuccedit. reg. d. l. quoniam liberi. C. de teſt. & cap. veniens. eod. tit. iunctis his, quæ in præſenti diſputatione adduxi. num. 3. Tum etiam quia publicę ſunt meretrices, & præcipuè. d. Alegra quæ concubina dicti Ioannis Baptiſtæ erat; cui in fauorem Concubinarij non eſt adhibēda fides. ex Bal. & Fel. in cap. 1. extra de teſtib. & in l. 1. C. eod. & Ang. in l. ſi pater. §. ſi vir. num. 3. ff. ad Sylan. ſicuti nequè meretricibus. ex Nepo. tract. de except. art. 19. num. 10. Feder. Schen. tract. de teſt. num. 17. & communi. quam refert. Iaſ. in l. cunctos populos. 2. lect. num. 54. C. de ſumma Trin. & poſt eum Cōrad. in pract. fol. 80. num. 18.

Boſſ.

Boſſ. in tit. de indit. & tortur. num. 170. & 185. Farin. q. 56. art. 19. vbi plures refert.

8 Deniquè ſunt falſi prædicti Teſtes, cum ſint contrarij teſtibus ſecundæ informationis. quæ contrarietas nullo modo poteſt ad concordiam reduci: nam non deponunt veritatem ſcoppiti dicti Ioannis Baptiſtæ, prout deponunt Teſtes ſecundæ informationis, & ſic quia non depoſuerunt totum factum, non ſolum non eſt eis credendum, ſed falſi reputantur, ex quo veritatem tacuerunt. vt per Bal. in l. Lutius. in 1. lect. num. 5. ff. de his qui not. infam. Petr. in tract. de fideicom. quæſt. 2. num. 136. Rebuff. de teſt. p. 1. gl. 8. n. 50. *Vterque enim reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: nam ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.* quæ verba ſunt tex. in cap. 1. de crim. falſi. & c. quiſquis. 11. q. 3. quæ latiſſimè interpretatus ſum annis præteritis in Archigimnaſio Bononienſi dum illius Cathedræ veſpertinæ Iuris Pontificij moderator exiſterem.

9 Vnde cum prædicti teſtes plures patiantur exceptiones vt ex dictis conſtat, etiam ſi eſſemus in caſibus, in quibus teſtes inhabiles admittuntur in ſubſidium, quando aliter veritas haberi non poteſt; adhuc non deberent admitti. per tradita per Socc. conſ. 118. vol. 1. num. 8. Barb. conſ. 65. vol. 4. Marſ. conſ. 102. num. 2. & ſing. 385. Præcipuè cum in caſu iſto veritas potuiſſet ab alijs haberi, prout habita fuit: quia ſucceſſit rixa hora 20. poſt meridiem, tempore quo omnes de populo ſunt in Platea. Vnde ſecundæ informationis vnus teſtis ſufficeret pro reo. iuxta ſolemne conſ. Anchar. 288. & dicta per Bart. in l. admonendi. ff. de iur. iur.

10 Quibus omnibus in iure & in facto conſideratis, & attenta qualitate occiſi, & occidentis, cauſa rixæ, quam dedit occiſus operibus, mala medica in domum, vbi erat Horatius, proijciendo, & verbis minando, cum baculo illum percuſſurum, & ad actum proximum illum occidendi cum ſcoppito paruo deueniendo; iudico illum occidiſſe Horatium ad ſui defenſionem. Ve-

rum quia baculum in eũ proiecit, ex quo ad maiorem in eum prouocatus fuit iram d. Ioannes Baptiſta, ſub die 30. Iulij 1620. diffinitiua ſententia d. Horatium condemnaui ad exulandum per biennium. Et cum appellaſſet, per iudicẽ appellationum regiæ Cameræ præſidentem Dominum D. Ioannem Henriquez fuit ita reformata mea ſentẽtia, vt deſeruiat in officio ſcribę portionum, quod antea exercebat; per annum abſque ſtipendio:

11 Nam cum pœna arbitraria ſit in caſu noſtro. ex his quæ tradit. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 278. Bal. in d. l. vt vim col. vlt. & ibi Dec. num. 8. Rom. ſing. 3. Affiict. deciſ. 206. in fin. Marſil. ſing. 100. Boer. quæſt. 169. num. 7. in fin. Socc. iun. conſ. 135. num. 12. lib. 3. Gram. conſ. 18. n. 8. & 36. num. 6. & 39. in fin. Placa lib. 1. in Epitome delictorum cap. 28. num. 13. Cou. in Clem. ſi furioſus. p. 3. §. vnico. num. 3. qui omnes & alij ab eis relati, pro regula conſtituunt excedentem limites defenſionis puniendum eſſe, non quidem pœna homicidij vel vulneris ordinaria; ſed arbitrio iudicis alia pœna miciori pro exceſſu. & ita confirmat. Iul. Clar. qui de communi teſtatur. lib. 5. receptar. §. homicidium. num. 34. vniuſquiſque iudex arbitratur multis circunſtantijs & coniecturis, quæ æquitate potius quam iuris ſubtilitate nituntur, conſideratis, prout conſiderare debet, iuxta ea quæ tradit Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 14. num. 8. 9. & 10. & hactenus de iſta diſputatione & his quæ ad eam expectant.

SVMMARIVM.

1 *Ante omnia de delicto in genere conſtare debet, alias corruit proceſſus, ſicut ædificium abſque fundamentis.*

1 *Delictum in genere in materia furti quomodo probari debeat?*

3 *Falſum depoſuiſſe intelliguntur qui inter ſe ipſos diſcordant.*

4 *Cauſa ſcientiæ requiritur in depoſitione teſtium, vt illis fides adhibeatur.*

5 *Querela facta ab eo, qui diù tacuit, ſuſpecta habetur.*

6 *Non eſt credendum illorum te-*

ſti-

Digitized by Google

ſtimonio, cuius repelluntur auctores.

7 *Memoria hominum labilis eſt, & in teſte poſt annum præſumitur obliuio.*

8 *Fractura carceris inducit confeſsionem delicti, pro quo detinebatur fractor, & quam confeſsionem. & num. 9. & 10.*

11 *Quando iniuſtè quis detinetur in carceribus, non inducitur ficta confeſsio delicti, & illius fuga.*

12 *Fuga illius, qui à non ſuo Iudice detinetur, non inducit confeſſionem delicti.*

13 *Vna cauſa de pluribus requiſitis non debet eſſe in conſideratione, vt deficientibus alijs, operetur eũdem effectum, quem omnes ſimul operarentur.*

14 *Carcerum fractores & aufugientes, qua pœna ſint afficiendi? & num. 15. & 16.*

16 *Quoties ſumus in dubio de qua pœna iura intelligenda ſint? benignior eſt imponenda.*

17 *Carcerum fractor & ab eis aufugiens, capitali pœna punitur, etiam ſi iniuſtè fuiſſet detentus.*

DISPVTATIO IX.

Delictum furti quomodo debeat probari in genere & in ſpecie ad hoc, vt poſſit puniri? & ex fractione carcerum quid inducatur?

INQVIRITVR Iacobus Andreas Palumbo miles ad querelam Cæſaris Tizani, quod cum ad querelam eiuſdem fuiſſet in Curia Sorrentina inquiſitus de furto duorum œnophororum aquæ odoriferæ, & aliquorum ahenorum, ipſe Iacobus ad vindictam intereſſe paſſi pro eadem cauſa, die 8. Auguſti 1618. cum alijs de nocte perſonatis in via publica prope littus maris fuiſſet aggreſſus dictum Cæſarem, illumquè pugione in digito vulneraſſet, & cum baculo percuſſiſſet, & ab illo furtim ſurripuiſſet ſcuta decem monetę, & pro eadem cauſa carceratus die 25. Martij 1619. Carceres fregiſſet, & è carceribus cum alijs carceratis fugiſſet.

&

Digitized by Google

& dum cauſa iſta coram me eſſet compilato proceſſu, in limine expeditionis, fuit pro parte dicti inquiſiti prætenſum omnino fore liberandum ex ſequentibus.

1 Primo ex defectu probationis delicti in genere, tam primi furti ahenorum, quam ſecundi ſcutorum decem, nam reperiuntur examinati tres teſtes pro verificatione primi furti tertio anno poſt commiſſum delictum, quorum duo deponunt menſe Maij vidiſſe in domo eiuſdem Tizani dicta ahena, & poſtea audiuiſſe fuiſſe furtim ſublata. & alter dicit dictum furtum fuiſſe commiſſum duobus annis antea; cum in proceſſu conſtet non duobus tantum, ſed tribus antea fuiſſe commiſſum, Præterea nec ſecundi furti probatur delictum in genere: nã ſolum deponunt præfatum Tizanum fuiſſe ſolitum ſecum portare pecunias, non vero quod tempore furti commiſſi illás portabat. Vnde corruit inquiſitio contra dictum Iacobum facta tanquam ædificium ſine ſolido fundamento extructum. Nam certiſſimum eſt iuris principium ante omnia de delicto in genere conſtare debere iuxta l. 1. §. item illud. ff. ad Syllania. & communem practicam per criminaliſtas receptam & approbatam ſecundum Foller. in ſua practica verſic. capiat informationem. num. 3. Marſil. in ſua praxi criminal. § 1. & Mar. Ant. Burr. in repetit. l. fin. ff. de quæſtion. num. 16. 17. & 18. cum ſeq.

2 Vnde cum delictum in genere in materia furti tunc cõſtare dicatur, quando probetur quãtitatem ſublatam fuiſſe, in loco, à quo fuit ſublata, tempore, quo furtum fuiſſe commiſſum prætenditur, & quod ex poſt facto fuit reperta ſubtracta, & de alijs ſignis & coniecturis indicantibus verè furtum commiſſum, de quibus per Marſil. conſil. 8. & vbi ſupra § principium. num. 6. & in §. conſtante. num. 78. & in caſu propoſito non fuerit probatum dictum Tizanum paulo ante penes ſe habuiſſe dicta ſcuta decem, ſecundum Foller. vbi ſupra nu. 17. neceſſario venit abſoluendus dictus Iacobus ex defectu pro-

probationis delicti in genere.

3 Præterea in ſpecie dictum Iacobum talia delicta, pro quibus reperitur carceratus commiſiſſe, nullo modo probari ex ſequentibus apparebit.

Primo nam dicti teſtes examinati pro fiſco, deponunt de auditu dicti Cæſaris quærelantis, quod dictus Iacobus & ſocij perſonati tranſueſtiti & armati incidebant, & dictum Iacobum illum vulneraſſe, & baculo percuſſiſſe: quas circũſtantias non refert dictus Cæſar in ſua depoſitione. Vnde ſuccedit Boctrina Bart. in l. 2. §. creditum. ff. ſi certum petatur. & ibi Paul. de Caſtr. nu. 8. quod quando teſtes diſcordant à principali, non redduntur ad concordiam, nequè probant. nequè quando vnus contradicit alteri, alicui creditur. Alexand. conſil. 58. num. 7. volum. 1. Ioan. Andr. in cap. in noſtra. de teſtib. & protinus falſum depoſuiſſe intelliguntur, qui inter ſe ipſos diſcordant. l. qui falſi vel varij. ff. de teſtib. l. eos. C. de falſ. Rolan. conſil. 94. num. 33. volum. 4. Socin. iun. conſil. 41. num. 15. volum. 2. & Villalobos in verbo teſtis. num. 96.

4 Secundo, nam dictus Cæſar dicit in ſua depoſitione furtum nummorum fuiſſe factum de nocte, & non reddit cauſam ſcientiæ viſionis & cognitionis inquiſiti, aſſignando rationem, vel quod Luna lucebat, aut, quod ibi erat lumen accenſum, & ſic nullam fidem facit. ex doctrin. Boſſ. in tit. de indit. nu. 172. & communi ſecundum Viuium communi. opinion. folio mihi 255. Sed tantum dictus Cæſar dicit ſe cognouiſſe vocem inquiſiti, non ſubdens, quam ita notam habebat, vt decipi non potuiſſet. ſecundum Clar. quæſt. 21. num. 3.

5 Tertio, dictus Cæſar poſt quatuordecim menſes quærelauit dictum inquiſitum, quæ quærela ſuſpecta & calumnioſa redditur, quia tandiu tacuit. ex doctrina Hyppol. in ſua pract. criminal. in §. diligenter. num. 201. & Fol. in verbo. audiantur exceptiones. num. 60. Bald. conſil. 37. in fin. volum. 3. & facit tex. eleg. in cap. 1. de frigi. & malefic. ibi, *quia ſi proclamare voluit,*

cur

cur tandiu tacuit? ...

6 Quarto, nam fama, quæ contra dictum Iacobum probatur, originem habuit à dicto dicti Cæſaris quærelantis, vt ex eorum depoſitionibus apparet. vnde ſuccedit regula quod non eſt credendum illorum teſtimonio, cuius repelluntur auctores: ex conſil. Horatij Lutij 161. num. 24. libro 1. inter conſil. criminal. diuerſorum. Bart. in tractatu de tortur. Bald. in l. cunctos populos. C. de Summa Trinitate: & dato & non conceſſo, quod dicta fama originem habens à principali quærelante, & deſiderante de illo famam eſſe, ſecundum Bart. ſupra aliquid probaret; adhuc ipſa non eſt probata in caſu præſenti: quia de ea loquuntur teſtes, qui ſũt inimici dicti Iacobi, vt probatur per teſtes ad defenſiones illius, qui nihil probant contra eum. Clar. quæſtione 24. num. 5. Dominic. de Sancto Gemini in cap. quamuis. columna 3. circa med. de procurator. in 6. & Grammat. conſil. 12. in principio. Alexand. conſilio 72. num. 11. vol. 1.

7 Quinto & vltimo; nam teſtes deponentes de furto nummorum, diſcordant in tempore: cùm dicant fuiſſe commiſſum die quinta Auguſti 1618. & in proceſſu dicitur fuiſſe commiſſum die quarta. Vnde eorum dictis non datur fides. ex gloſ. verbo tempore. in cap. cum cauſam. de teſtibus. vltra quàm quòd dicti teſtes examinantur ſecundo anno pòſt commiſſum delictum, & deponunt de die, menſe, & anno, quod falſitatem inducit: quia cum memoria hominum ſit labilis. l. peregre. de acquirend. poſſeſſ. l. 2. C. de vet. iur. enucl. in teſte pòſt annum præſumitur obliuio. l. arbitror. ff. de probationib. ex quibus tam reſpectu delicti in genere quam in ſpecie, contra dictum Iacobum corruit probatio contra eum adducta; & conſequenter abſoluendus venit. argum. l. qui accuſare. cum vulg. C. de edendi.

8 E conuerſo autem pro parte Fiſci & dicti Cæſaris, prætendebatur nõ abſoluendum, ſed potius debitè puniendum eſſe tam pro furtis, quã pro fractura carceris, ex ſequentibus ex facto & iure procedẽtibus.

Nam

Nam dato & non conceſſo, quod dicta furta non fuiſſent contra eum plene probata, dictus Iacobus ea confeſſus eſt carceres frangendo, & ab eis aufugiendo. ex l. in eos. ff. de cuſtod. reor. & ibi Bart. & Iaſ. colum. vlt. quæ confeſſio licet ficta, dicitur liquidiſſima probatio, ex notat. in l. manifeſtæ de iureiuran. per Alexan. & per Guil. de Bened. in cap. Raynutius. in verbo mortuo itaque teſtatore. el primo. nu. 169. 170. cum ſequent. & æquiualet confeſſioni veræ factę in iudicio, & parte præſente. ſecundum Bald. in l. ſi tutor. C. de interdicto matrimon. inter pupill. & tutor. idemque operatur, quod vera ex doctr. Bald. & Pauli Caſtr. quos refert & ſequitur Foller. in ſua pract. 4. par. tertiæ partis nu. 30.

9 In huiuſmodi enim fractura & fuga non eſt dubium concurrere requiſita neceſſaria, vt operetur effectum fictæ confeſſionis: nam fuga fundatur ſuper crimine punibili, prout fundatur in caſu noſtro, in quo non pro vno, ſed pro pluribus delictis capitalibus carceratus detinebatur Iacobus ex Bald. in l. 2. §. quod ſi actor. circa fin. C. de iuramento calumn. Secundum quem ex tali fuga reſultat illa ficta confeſſio, virtute cuius poteſt rectè cōdemnari dictus Iacobus, etiam poſt peremptam inſtantiam. Secundum Ioann. Andr. in cap. fin. de confeſſ. & Petr. de Ancharan. in cap. 2. eodem titul. & Alexand. in l. abſentem. ff. de pœn. Item in huiuſmodi fuga interuenit fractio carceris, quę inducit huiuſmodi fictam confeſſionem ex Boer. deciſ. 24. 1. par.

10 Item prædictus Iacobus fugiens ſciebat cauſam ſuæ inquiſitionis, & carcerationis, aut ſcire poterat: cum aduerſus eum fuiſſet expoſita quærela, quod ſufficit vt inducatur huiuſmodi ficta confeſſio: aliàs enim non operaretur talem effectum fuga è carceribus: nam confeſſio debet cadere ſuper certis. l. 2. C. vt omnes Iudices tam ciuil. quam criminal. & authen. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. §. neceſſitatem. colum. 2. & probat Bal. conſil. 32. lib. 3. vnde non abſoluendum, ſed potius condē-

nandum fore tam pro delictis, pro quibus detinebatur in carceribus, à quibus aufugit, quã pro illorum fractura neceſſario dicendum videtur.

11 His tamen minimè refragantibus, abſoluendum eſſe pro delictis, pro quibus ad quærelam dicti Cęſaris detinebatur, non eſt dubium. nam quando iniuſtè quis detruſus eſt, non inducitur huiuſmodi ficta confeſſio ex illius fuga ex doctrina Bartoli in l. vis eius. quem ſequitur ibi Salicet. C. de probat. & Alexand. in l. ſed eximendi. §. ſi quis circa. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. Alexand. conſil. 241. num. 7. lib. 7. Pariſ. de Put. in tractat. de ſindic. in verbo carcer. verſic. qualiter autem. in fin. quod autem fuerit iniuſtè carceratus, patet ex eo, quod cum non ſit probatum delictum in genere, vt ſupra probauimus, non potuit carcerari. Grammat. deciſ. 60. colum. 2. num. 19. ex prag. 1. de cuſtod. reor. & probat Baiar. ad Clar. quæſt. 28. num. 16. & facit text. in l. ſi is, ff. de confeſſis. & quæ voluit Alber. in l. in eos. ff. de cuſtod. reorum. verſic. aut eſt innocens.

12 Præterea nam ad hoc vt talem operaretur effectum fuga Iacobi, erat neceſſe quod fuiſſet carceratus & detentus à Iudice competenti, alias enim non inducitur confeſſio ex tali fuga, ex qua veniat condemnandus ex ſentent. Foller. 3. p. tertiæ partis num. 53. Vnde cũ aufugerit à carceribus Gubernatoris Sorrenti, non habentis in eum vt militem iuriſdictionem, neceſſario dicendum eſt non eſſe moleſtandum pro tali fuga, imo abſoluendum & liberandum ex doctrina Paul. Caſtr. in l. cum proponat. C. de bon. auctor. iudic. poſſ. & Boer. deciſ. 215. num. 34. neque per dictam Curiam fuit interloquutũ ſuper dicta fuga prout neceſſe erat ad hoc, vt induceret fictã confeſſionem ex Boer. vbi proximè. n. 22.

13 Neque obſtant conſiderationes, quas fiſcus aduerſus d. militem ponderauit: nam ommiſſa longa diſputatione illius difficillimæ quæſtionis, an ſcilicet ex fuga inducatur confeſſio delicti, pro quo detinebatur, qui fugam arripuit? &

ca-

caſu quo inducatur, an ſit talis, per quam veniat condemnandus? quam diſputant Farinac. de carcer. & carcerat. q. 30. à num. 7. cum ſequen. Anton. Gom. 3. tom. variar. cap. 9. num. 11. Carrer. in pract. criminal. in 2. tractat. de indit. & tortur. §. tertium inditium eſt fuga. Iul. Clar. in practic. quæſt. 21. verſic. tertio autem modo. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 301. & in tractat. de præſumption. libro 1. quæſt. 89. num. 45. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 266. num. 1. & concluſ. 820. num. 2. lib. 1. Dueñas regul. 392. in principio. Roland. conſil. 71. num. 8. volum. 1. Angel. de maleſi. verb. quod fama publica. num. 82. verſic. tertio quid ſi quis. & Marſil. in practic. §. attingam. num. 44. & in tractat. de bannit. verb. carcerati. num. 17. Franc. Bec. conſil. 40. num. 20. lib. 1. & conſil. 70. num. 23. Breuiter & reſolutiuè dico in caſu, de quo agitur hic, fugam Iacobi militis non inducere confeſſionē: quia ad hoc vt inducatur, plura requiſita concurrere debēt, quæ congeſſit Foller. Farinac. & alij ſupra relati, quæ ad minus viginti ſunt, & illorum vnum tantum interuenit in caſu noſtro, nempe quod ſciebat cauſam, propter quam detinebatur, capitalem eſſe vt ſupra dixi num. 10. quæ non debet eſſe in conſideratione, vt deficientibus alijs operetur eundem effectum, quem omnes ſimul operarentur: nam vt ait Ariſtot. libro 1. moral. vna hirundo non facit ver. Imo nullum operari poſſe effectum colligitur argumento text. in l. cum hi. §. prætor. ff. de tranſact. cum vulgatis.

14 Adhuc autem pro parte Fiſci dicebatur negari non poſſe dictum Iacobum militem puniendum ſaltim eſſe vt fractorem carceris; cum certiſsimū ſit carcerum fractores pœna capitis puniendos eſſe ſi Iuriſconſulto credimus in l. 1. in princip. ff. de effract. & expilat. vbi in hæc verba: *De his, qui carcere effracto euaſerint, ſumendum ſupplicium, Diui fratres Emilio Tironi reſcripſerant. Saturnius etiam probat eos, qui de carcere eruperunt, ſiuè effractis foribus, ſiuè conſpiratione cum cæteris, qui in eadem custodia*

H 2 *erant,*

erant; capite puniendos: quod ſi per negligentiam cuſtodum euaſerint, mitius puniendos. & licet attenta l. in eos. ff. de cuſtod. reor. vbi non aſſignatur certa aliqua pœna contra carcerum effractores, & ab eis aufugientes, ſed ſolum dicitur puniendos eſſe ibi *tamen puniendi ſunt*. varij varia dixerint, & Doctores adeo confusè in interpretatione & intelligentia dictarum legum loquuti ſint, vt quinam ſit verus illarum intellectus, & quæ ſit pœna carcerum effractoribus imponenda? vix dignoſci poſſit, vt optimè dicit Farinac. de carcer. & carcerat. quæſt. 30. num. 1. ommiſſis nouem doctorũ opinionibus ab eo relatis, & reiectis à num. 2. cum eo negari non poteſt text. in l. prima loqui in caſu noſtro, in quo dictus Iacobus fregit carceres, vt ex actis conſtat, & aufugit cum alijs carceratis. vnde de pœna non videtur ambigendum: quia pariter in eadem lege dicitur, quod capitis vt pater ibi *capite puniendos*.

15 Sed de qua pœna capitis intelligantur verba illa? an de pœna mortis naturalis? prout exiſtimant Felin. in cap. nullus. num. 3. in fin. de præſumpt. Marſil. in practica criminal. §. attingam. num. 36. & in tractat. de bannit. verbo carcerati. num. 25. Boſſ. in tit. de carcer. num. 5. Placha in epitom. delictor. cap. 10. n. 16. Et Viuius qui de communi & vera opinione teſtatur in libro ſuo comm. opinion. poſt verbum fugę à carcere. & in quæſtione ſeq. num. 11. Ita intelligentes text. in dicta l. 1. & l. milites agrum. §. eius fugam. ff. de re milit. ibi, *eum tamen qui carcere effracto fugit, etiam ſi ante non deſeruerit, capite puniendum, Paulus reſcripſit*, An vero de pœna capitis mitiori? vt exiſtimarunt Dueñas regul. 393. limitat. 9. Verſill. in addition. ad Afflict. deciſ. 404. vbi teſtatur ſe ita de facto alias obtinuiſſe. & Burſat. conſil. 346. num. 31. volum. 3. & commun. vt refert Farin. dicta q. 30. num. 4. dubium eſt.

16 Pro cuius reſolutione, & articuli huius deſicione auſus ſum dicere, d. l. 1. & d. l. milites. §. eius fugam. intelligendas eſſe non de pœna mortis na-

naturalis, ſed de mitiori capitali. iuxta ſecundam communem opinionem proximè adductam, habito reſpectu ad facti & perſonarum qualitatem. Itaut iudex arbitrio ſuo imponat quam velit. arg. tex. ſingul. in l. hodie. ff. de pœnis: quotieſcunque enim ſumus in dubio de qua pœna iura intelligenda ſint, ego ſemper benigniorem amplectendam putaui. per tex. in l. reſpiciendum. §. 1. ff. de pœnis. cap. diſciplina. c. namquè & c. vera iuſtitia 45. diſtin. cap. alligant. 26. quæſt. 7.

17 Quæ reſolutio & doctrina adeo in ſe vera eſt, vt etiamſi carcerum effractores, & ab eis aufugientes, innocentes ſint de delicto, pro quo in eis detinebantur; adhuc ſint puniendi pœna capitis, (mitiori tamen quam mortis vt proximè probaui). ex d. l. in eos. ff. de cuſt. reor. ibi: *quamuis innocentes ex eo crimine reperiantur.* Vnde cum Iacobus Andreas noſter carceres fregerit, & ab eis cum alijs carceratis aufugerit; etiam ſi pro delictis, pro quibus detinebatur carceratus, non poſſit puniri ex defectu probationum iuxta ea, quæ pro eo ſupra ponderauimus; nihilominus veniat puniẽdus pœna capitali iuxta ſupra citata iura. & ita ſub die. 12. Maij 1620. fuit per me condemnatus ad remigandum & perſonaliter regijs triremibus inſeruiendũ per quinquennium, & ad vnguem executum.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
2 *Sacrilegus immunitate eccleſiaſtica non gaudet.*
3 *Sicut qui eccleſiam Dei vaſtat, & eius prædia & donaria expoliat & inuadit, ſit ſacrilegus, ſic ille, qui eius ſacerdotes inſequitur, ſacrilegij reus exiſtit, & ſacrilegus iudicatur.*
4 *Immunitatis eccleſiaſticæ priuilegio non gaudet qui clericum occidit.*
5 *Qui poſt delictum commiſſum ad eccleſiam confugiunt, ſi ſponte ab ea exierint, & capti ſint, poterunt licitè puniri pœna, quam de iure pro tali delicto merebantur.*
6 *Alimenta denegare his qui ad eccleſiam confugiunt, nihil aliud eſt niſi immunitatem eccleſiaſti-*

erant; *capite puniendos*: *quod ſi per negligentiam cuſtodum euaſerint*; *mitius puniendos*. & licet attenta l. in eos. ff. de cuſtod. reor. vbi non aſſignatur certa aliqua pœna contra carcerum effractores, & ab eis aufugientes, ſed ſolum dicitur puniendos eſſe ibi *tamen puniendi ſunt*. varij varia dixerint, & Doctores adeo confuse in interpretatione & intelligentia dictarum legum loquuti ſint, vt quinam ſit verus illarum intellectus, & quæ ſit pœna carcerum effractoribus imponenda? vix dignoſci poſſit, vt optimè dicit Farinac. de carcer. & carcerat. quæſt. 30. num. 1. ommiſſis nouem doctorũ opinionibus ab eo relatis, & reiectis à num. 2. cum eo negari non poteſt text. in l. prima loqui in caſu noſtro, in quo dictus Iacobus fregit carceres, vt ex actis conſtat, & aufugit cum alijs carceratis: vnde de pœna non videtur ambigendum: quia pariter in eadem lege dicitur, quod capitis vt pa ter ibi *capite puniendos*.

15 Sed de qua pœna capitis intelligantur verba illa? an de pœna mortis naturalis? pro- ut exiſtimant Felin. in cap. nullus. num. 3. in fin. de præſumpt. Marſil. in practica criminal. §. attingam. num. 36. & in tractat. de bannit. verbo carcerati. num. 25. Boſſ. in. tit. de carcer. num. 5. Placha in epitom. delictor. cap. 10. n. 26. Et Viuius qui de communi & vera opinione teſtatur in libro ſuo comm. opinion. poſt verbum fuge à carcere. & in quæſtione ſeq. num. 11. Ita intelligentes text. in dicta l. 1. & l. milites agrum. §. eius fugam. ff. de re milit. ibi, *eum tamen qui carcere effracto fugit, etiam ſi ante non deſeruerit, capite puniendum*, *Paulus reſcripſit*, An vero de pœna capitis mitiori? vt exiſtimarunt Dueñas regul. 393. limitat. 9. Verſill. in addition. ad Afflict. deciſ. 404. vbi teſtatur ſe ita de facto alias obtinuiſſe: & Burſat. conſil. 346. num. 31. volum. 3. & commun. vt refert Farin. dicta q. 30. num. 4. dubium eſt.

16 Pro cuius reſolutione, & articuli huius deciſione auſus ſum dicere d. l. 1. & d. l. milites. §. eius fugam. intelligendas eſſe non de pœna mortis na-

naturalis, ſed de mitiori capitali. iuxta ſecundam communem opinionem proximè adductam, habito reſpectu ad facti & perſonarum qualitatem. Itaut iudex arbitrio ſuo imponat quam velit. arg. tex. ſingul. in l. hodie. ff. de pœnis: quotieſcunque enim ſumus in dubio de qua pœna iura intelligenda ſint, ego ſemper benigniorem amplectendam putaui. per tex. in l. reſpiciendum. §. 1. ff. de pœnis. cap. diſciplina. c. namquè & c. vera iuſtitia 45. diſtin. cap. alligant. 26. quæſt. 7.

17 Quæ reſolutio & doctrina adeo in ſe vera eſt, vt etiamſi carcerum effractores, & ab eis aufugientes, innocentes ſint de delicto, pro quo in eis detinebantur; adhuc ſint puniendi pœna capitis, (mitiori tamen quam mortis vt proximè probaui). ex d. l. in eos. ff. de cuſt. reor. ibi: *quamuis innocentes ex eo crimine reperiantur*. Vnde cum Iacobus Andreas noſter carceres fregerit, & ab eis cum alijs carceratis aufugerit; etiam ſi pro delictis, pro quibus detinebatur carceratus, non poſſit puniri ex defectu probationum iuxta ea, quæ pro eo ſupra ponderauimus; nihilominus veniat puniẽdus pœna capitali iuxta ſupra citata iura. & ita ſub die. 12. Maij 1620. fuit per me condemnatus ad remigandum & perſonaliter regijs triremibus inſeruiendũ per quinquennium, & ad vnguem executum.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*

2 *Sacrilegus immunitate eccleſiaſtica non gaudet.*

3 *Sicut qui eccleſiam Dei vaſtat, & eius prædia & donaria expoliat & inuadit, ſit ſacrilegus, ſic ille, qui eius ſacerdotes inſequitur, ſacrilegij reus exiſtit, & ſacrilegus iudicatur.*

4 *Immunitatis eccleſiaſticæ priuilegio non gaudet qui clericum occidit.*

5 *Qui poſt delictum commiſſum ad eccleſiam confugiunt, ſi ſponte ab ea exierint, & capti ſint, poterunt licitè puniri pœna, quam de iure pro tali delicto merentur.*

6 *Alimenta denegare his qui ad eccleſiam confugiunt, nihil aliud eſt niſi immunitatem eccleſiaſti-*

ſticam violare.

7 *Sacrilegus non eſt qui carceres frangendo ab eis aufugit.*

8 *Sacrilegium non committitur niſi res, locus, aut perſona ſacra interueniat in eo.*

9 *Affectus ſolum attenditur in aſſaſſinij crimine, ad hoc vt nec mandans, nec mãdatarius, neque complices, fauctores, aut receptatores gaudeant immunitate Eccleſiaſtica.*

10 *Sacrum eſt quod Deo publicè non priuatè dicatum & conſacratum eſt: ſanctum autem quod ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt. Sanctum illud propriè dicimus, quod neque ſanctum neque profanum eſt, ſed ſanctione quadam eſt confirmatum.*

11 *Interpretatur tex. in cap. ſicut. 17. queſt. 4.*

12 *Facultas delinquendi in quantum poſſit reſtringenda eſt.*

13 *Deciſio articuli proponitur.*

DISPVTATIO X.

Confugiẽs ad Eccleſiam & ibi obſidiatus & alimentis priuatus ſponte ſe tradens curiæ ſæculari, an debeat puniri pro delicto à ſe commiſſo vel eccleſiæ reſtitui?

1 AVGVSTINVS Perota miles leuis armaturæ commitiuæ Illuſtris Marchionis Sanctæ Agatæ inquiſitus de tentato ictu ſcoppiti, & excaſſatione carcerum, cum ad eccleſiam fugiſſet, à qua fuerat violenter extractus per curiam ciuitatis Caſſertæ, ibi fuit per milites ſeu homines à dicta curia aſſignatos, obſidiatus per aliquos dies, & ſibi impedita & denegata alimenta, qua propter ſe manibus dictæ curiæ tradidit, in cuius carceres fuit detruſus, & ab eis tanquam miles tribunali Regij exercitus remiſſus. Quæſitum fuit an eſſet remittendus & reponendus in Eccleſiam, à qua fuit extractus? & reponendum non eſſe neque immunitate eccleſiaſtica gaudere dicendum videbatur ex ſequentibus.

2 Primo nam vt ſupponitur in facto, præfatus Auguſtinus dũ ſe-

ſemel fuiſſet carceratus, carceres fregit, & ad eccleſiam confugit, cuius immunitate non gaudere debere, ex eo probatur. Nam certiſſimum eſt iuris principium ſacrilegium committere qui muros ciuitatis aut carceris fregerit aut traſcenderit. vt ex. l. ſanctum. & l. ſacra. & l. fi. ff. de rerum diuiſ. Iuncta. l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœnis & doctrina Cuman. conſil. 105. probat. Boer. deciſ. 110. num. 8. prope fin. vol. 1. ſed ſacrilegus immunitate non gaudet Eccleſiaſtica. cap. frater cum duobus ſequentibus. 17. quæſt. 4. ergo abſque dubio dicendum eſt prædictum Auguſtinum non eſſe reponendum, cum non gaudeat immunitate.

3 Secundo pro hac ſententia pondero verba tex. in cap. ſicut. 12. 17. quæſt. 4. ibi: *Sicut qui Eccleſiam Dei vaſtat, & donaria ſpoliat & inuadit, ſit ſacrilegus, ſit & ille, qui eius ſacerdotes inſequitur, ſacrilegij reus exiſtit, & ſacrilegus iudicatur*. Sed Auguſtinus Perota non ſolum inſequutus fuit Clericum, ſed ictum ſcoppiti in eum direxit, vt ex actis apparet; ergo ſacrilegus eſt. ergo immunitate non gaudet eccleſiaſtica.

4 Tertio. Nam immunitatis priuilegio non gaudet qui clericum occidit. vt argum. tex. in cap. ſi quis deinceps. 17. q. 4. & d. cap. frater eadem. cauſ. & quæſt. probat. Farin. de carcerib. & carcer. quæſt. 28. nu. 28. vbi Anchar. in cap. ea quæ. col. 29. in fin. & col. 30. in princ. & plures alios refert & ſequitur. Sed in regno eadem eſt impoſita pœna emittentibus ictum ſcoppiti animo aliũ vulnerandi aut occidendi, licet ad effectum non peruenerit, quæ imponeretur de iure occidentibus. vt conſtat ex pragm. prima de ictu ſcoppiti ibi: *Statuimus & mandamus quod quicunque ad nocendum alicui dictis inſtrumentis vſus fuerit, etiam quod non ſit ſequutus effectus, nec ictus nocuerit, in pœnam mortis naturalis incidat ipſo facto: volumus enim propter atrocitatem delicti effectum deductum ad actum proximum, pro effectu conſumato puniri.* Ergo ſicut nõ gauderet Auguſtinus ſi clericum ictu ſcoppitæ occidiſſet, nec etiã gaudere debet emittendo ictum, etiam ſi ad effectum

ctum non perueniret.

5 Quarto & vltimo nam certiſſimum eſt dictum Auguſtinum ſponte ſe manibus Curiæ tradidiſſe. vnde cum iura omnia, quæ de immunitatis Eccleſiaſticæ priuilegio loquuntur, ſemper vtantur (quādo agunt de reſtitutione ad Eccleſiam) verbis *inuitus* & *extractus*, & ſimilibus, vt conſtat ex l. præſenti. C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt ibi, *expelli aut trahi vel protrahi profugas*. & paulo inferius ibi, *nullos expelli aut eijci, aliquando patimur*. cap. inter alia. ibi, *non eſt violenter ab eccleſia extrahendus*. cap. penult. de immunitate eccleſ. ibi, *priuilegium immunitatis adimitur*. cap. id. conſtituimus ibi, *reos abſtrahere omnino non liceat*. 17. quæſt. 4. cum alijs. quæ verba violentiam præſupponunt, vt reſtitutio concedatur, vt ex Calepino, & alijs notāt omnes doctores de hac materia tractantes, præcipuè Couarr. qui plures refert lib. 2. variar. cap. 20. Anton Gom. tom. 3. variar. cap. 10. num. 1. 2. & 3. & Farin. de carceribus & carceratis quæſt. 28. à princip. & Iul. Clar. quæſt. 30. per tot. & alij plurimi ab eis adducti. Imo illos qui poſt delictum aufugiunt ad Eccleſiam, ſi ſponte exierint, poſſe condemnari ad pœnam à iure pro delicto ab eis commiſſo impoſitam reſoluit Iul. Clar. vbi proximè: num. 1. verſic. primum vt inde violenter. neceſſario dicendum eſt prædictum Auguſtinum reſtituendum non eſſe Eccleſiæ, à qua non violenter, ſed ſponte exiuit ſe manibus curiæ tradendo.

6 E conuerſo autem pro parte inquiſiti dicebatur omnino eſſe reſtituendum eccleſiæ, ad quam confugerat, ex eo præcipuè fundamento: nam certiſſimum eſt in facto vt ex actis apparet, fuiſſe primo loco violenter extractum ab eccleſia, & ad carceres ductum, à quibus aufugiendo, iterum ad eccleſiam confugiſſe, ibique à militibus curiæ Caſſertę fuiſſe aſſediatum per plures dies, ſibi denegando alimenta neceſſaria: quo caſu tanquam violenter extractus, iterum eccleſiæ reſtituendus eſt, nihil enim aliud eſt alimēta denegare, niſi immunitatē eccleſiaſticā violare

dare. d. l. præſenti. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt ibi: *nec in ipſis eccleſiæ reuerendis ita quenquam detineri atque conſtringi, vt ei aliquid victualiū rerum aut vestis negetur aut requies*. Et eſt communis ſecundum. Couar. d. lib. 2. variar. cap. 20. num. 17. verſ. triceſimo primo. Ant. Gom. d. l. 3. cap. 10. num. 1. & alij quos refert & ſequitur Farin. d. quæſt. 28. num. 9. & Remig. in tract. de immunit. Eccleſ. quæſt. 6.

7 Neque in contrarium adducta quidquam obſtant: nam ad primum breuiter reſpondetur negando maiorem propoſitionem, nempe ſacrilegum eſſe qui carceres frangendo, ad eccleſiam confugit: nullibi enim in iure vſque adhuc ſcriptam inueni talem propoſitionem, imo neque per argumentum adduci poſſe auſus ſum dicere: nam vltra quam quod fractio carcerum non enumeratur inter alios, quibus committitur modis ſacrilegium, de quibus in cap. ſunt qui. cap. ſacrilegium. cap. ſicut qui. & cap. omnes. 17. quæſt. 4. cap. predia. 12. quæſt. 2. cap. placet. 16. quæſt. 1. cap. ſciendum. 17. quæſt. 2. cap. ſi quis Epiſcopus. 16. quæſt. 5. cap. non in perpetuum. 12. quæſt. 4. cap. 1. & per tot. 17. quæſt. 4.

8 Attenta ſolida omnium ſcribentium doctrina, ſacrilegium, non committitur niſi res, locus aut perſona ſacra interueniat. vt videre eſt per iura proximè adducta & per Gemin. in cap. felicis de pœn. in 6. num. 11. Iul. Clar. lib. 5. recept. §. ſacrilegium & ibi Baiard. cum plurib. ab eis citat. Farin. de delictis. quæſt. 146. Menoch. de arbitr. caſ. 389. num. 11. cum ſequent. & q. 86. num. 21. Hic autem neque res eſt ſacra, quia licet ictum ſcopitæ in Clericum Auguſtinus direxerit, quia tamen ad effectum nō peruenit. ſacrilegium non commiſſit. vt arg. cap. ſi quis deinceps. 17. quæſt. 4. & eorum quæ tradit. Fol. in pract. crim. can. cap. 71. in verb. vt ſi eſt ſacrilegium. nu. 10. probat. Farin. d. quæſt. 26. num. 29.

9 Affectus enim ſolum attenditur in aſſaſſinij crimine ad hoc vt nec mandans nec mandatarius gaudeat immunitate

eccleſiaſtica. iuxta doctrinam Petri Placha in Epitome delictorum. cap. 19. num. 19. & ſeq. quem refert & ſequitur. Iul. Clar. §.aſſaſſinium. Neque ſacer eſt locus, ſi Iuſtin. credimus.in §.ſacræ res. inſt. de rer. diu. Neque perſona inquiſiti cum militem eſſe ex actis appareat; vnde merito dicendum eſt immunitate eccleſiaſtica omnino gaudere debere, ac proinde reſtituendum eſſe eccleſiæ, à qua fuit abſtractus. per textum in cap. ſæpe. de reſt. ſpol. cum ſimil.

10 Neque obſtat textus. in d. l. ſanctum cum alijs ſupra num. 2. adductis: ibi enim non dicitur ſacros eſſe carcerum ſeu Ciuitatum muros, ſed ſanctos: quæ verba in eo differunt, quod ſacrum eſt quod Deo dicatum & conſecratum eſt. vt d. §. ſacræ. inſt. de rerum diuiſ. ſanctum autem quod ab iniuria hominum defenſum, atque munitum eſt. vt in d. l. ſanctum. & illud propriè dicimus ſanctum, quod neque ſanctum neque profanum eſt, ſed ſanctitate quadam eſt confirmatum. verba ſunt. vlp. in d. l. ſacra loca. ff. de rer. diuiſ. & licet in principio illius dixerit quæ publicè ſunt dedicata ſiue in Ciuitate ſint, ſiue in agro. intelligendum eſt ſecundum ea, quæ Marcianus Iuriſconſultus dixerat. in l. in tantum eiuſd. tit. nam poſtquã dixerat ſacras res eſſe quę publicè ſunt conſacratæ, non priuatè; hoc declarauit vlp. addens *ſiue in ciuitate ſint ſiue in agro*. Vnde cum carcer non ſit Deo conſecratus, ſed factus ad cuſtodiam reorum. vt in d. l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœnis. ſicut muri Ciuitatum ad defenſam in eis habitantium. vt in d. l. ſanctum. rectè ſequitur fractores illius non eſſe ſacrilegos, nec ex eo ab eccleſijs ad quas confugerint, retrahendos, imo ſi extracti fuerint reſtituendos ex ſupradictis.

11 Neque item obſtat tex. in d. cap. ſicut. 17. quæſt. 4. ſupra. num. 3. adductum, nam reſpõdetur dictum Ioſephum, in quem dictus Auguſtinus ictum ſcopitæ direxit, non eſſe ſacerdotem, quo verb. vtitur tex. in d. cap. ſicut ibi *ſic & ille, qui eius ſacerdotes inſequitur, ſacrilegij reus exiſtit & ſacrilegus indicatur*, ſed erat clericus in mino-

minoribus conſtitutus, qui attento iuris rigore nec clerici nomen meretur, nec priuilegio gaudere debet, cum ex actis conſtet ex informatione per curiam eccleſiaſticam capta, per prius cum armis inſultaſſe dictum Auguſtinum, & ſcoppita illum vulneraſſe. Pro qua ſolutione pódero tex. eleg. in cap. perpendimus. de ſent. excomm. vbi percutiens aut occidens clericum ſe ſæuibus enormitatibus, armis acceptis, immiſcendo, non tenetur pro abſolutione ſedem apoſtolicam adire. & cap. cum non ab homine. eod. tit. vbi occiſores talium clericorum canone latæ ſententiæ non eſſe coercendos dicitur in ſecundo reſponſo in fin.

12 Neque item obſtat tertium fundamentum contrariæ ſupra. num. 4. adductum: nam licet doctrina illa Farinac. limitari poſſit in caſu noſtro, ex his quæ proximè dixi pro reſponſione ad ſecundum, cum dictus Ioſephus Clericus fuerit aggreſſor, & percuſſor dicti Auguſtini, nihil commune habet conſtitutio pragmat. 1. de armis, qua prohibetur armorum aſportatio, cum immunitate Eccleſiaſtica: ibi enim quia armorum aſportatio præcipuè ſcoppitarum erat & hodie eſt in vſu, itaut varia ac ferè omnia delicta cum eis committantur in regno, iuſtiſſimè fuit ſtatutum vt eadē pœna afficiantur quicunque ad nocendum dictis inſtrumentis vſus fuerit, etiam ſi effectus non fuerit ſequutus, aut ictus non nocuerit, qua afficerentur ſi cum eis aliquem occiderent, vt facultas delinquendi formidiſſimæ pœnæ metu reſtringatur. argum. cap. erit autem. lex. 4. diſtinct. & l. legis virtus. ff. de legib. nos autem loquimur de immunitate eccleſiaſtica, in cuius fauorem delicta reſtringuntur itaut niſi in certis caſibus, quos congerunt. Ant. Gom. Iul. Clar. Cou. & Farin. in locis ſupra citatis. ea omnino gaudeant delinquentes. & ita abſque dubio dicendum eſt præfatum Auguſtinum gaudere debere immunitate, ac proinde eſſe eccleſiæ, à qua extractus, reſtituendum fuerit ex iuribus & rationibus ſupra adductis.

Digitized by Google

13 Deniquè non obſtat vltimum fundamentum ſupra pro contraria adductum num. 5. cui ſatis reſponſum fuit ſupra num. 6. ex quibus ego ſub die ſexta menſis Nouembris anni 1620. decreui eſſe reponendum & reſtituendum dictum Auguſtinum Eccleſiæ, à qua fuerat extractus, & ita fuit executum.

SVMMARIVM.

1 *Mater an debeat admitti ad accuſandum pro offenſa filio facta viuente ipſo.*

2 *Mulieres ad accuſandum non admittuntur niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur.*

3 *In regno Neapolis mulieres non admittuntur ad accuſandum etiam proſequendo iniuriam filijs illatam viuentibus ipſis, etiam ſi offenſus declaret nolle querelare, aut ſit in mora querelandi.*

4 *Crimina publica ad inſtar priuatorum ſunt redacta in regno Neapol. ex ritu magnæ Curiæ.*

5 *Matri licet agere interdicto ad exhibendum pro filio etiam viuente. Et paria ſunt non eſſe, vel in obſcuro eſſe.*

6 *Caſus ommiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

7 *Illud poſſumus quod honeſtè & commodè poſſumus.*

8 *Verbum* nullus *eſt vniuerſale negatiuum omnes excludens.*

9 *Clericus abſque periculo irregularitatis poteſt accuſare ſuum offenſorem; etiam ſi delinquens veniat puniendus pœna vltimi ſupplicij; dummodo accuſationem proponat cum expreſſa proteſtatione citra pœnas ſanguinis.*

10 *Pro offenſa facta Clerico quilibet poteſt conquari, & prætor ex officio procedere poteſt. Et quomodo hoc ſit intelligendum cum deciſione dubij.*

DISPVTATIO XI.

Mater An debeat audiri pro offenſa facta filio nec mortuo, nec vulnerato, cōtra reum inquiſitum de tali offenſa?

AP-

1 APPELLAVIT à decreto repoſitionis & reſtitutionis ad Eccleſiam de quo in præcedenti proxima diſputatione, procurator Aureliæ de Caprio matris dicti Clerici Ioſephi, inſtando audiri antequam executioni mãdaretur decretum prædictum. Siquidem dicta mater expoſuit quærelam, & partem in iudicio ſuſcepit contra dictum Auguſtinum. Vnde fuit in dubium reuocatum an debeat dicta Aurelia & eius Procurator audiri in caſu propoſito? & audiri debere ex ſequentibus probari videtur.

2 Primo, nã licet regula generalis ſit contra mulieres quod ipſæ ad accuſandũ non admittantur. ex l. de crimine. C. qui accuſare non poſſunt. l. qui accuſare. ff. de accuſat. cap. de crimine. 15. quæſt. 2. cap. prohibeantur. 2. quæſt. 1. tamen de iure ſpeciali matri ius accuſandi competere in aliquibus caſibus non ambigimus. ex l. 1. & 2. ff. de accuſat. & eſt opinio receptiſſima, vt teſtatur Angel. in tract. maleficiorum. in verbo nec non ad quærelam Titij. column. 12. præcipuè quando ſui vel ſuorum iniuriam proſequuntur. quo caſu dubium non eſt mulieres ad accuſandum admitti, ex dicta l. 1. & 2. & l. hi tamen. in principio. ff. de accuſat. & ritu mag. Cur. 191. 192. & 105. vbi Carau. num. 8. & Iul. Clar. libro 5. §. fin. quæſt. 14. num. 27. & Crau. conſilio 220.

3 Cui fundamento facillimè reſpondebit qui dixerit, quod licet in regno Neapolis mulieres admitti debeant ad quærelandum omni tempore & caſu, quo ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur, etiam ſtantibus maſculis, & eis non exploratis, nec in mora exiſtẽtibus, prout communiter in omnibus tribunalibus regni obſeruari vidi. Hoc intelligendum eſt præcedente nece ſuorum, quam vindicare mulier velit, quo caſu admittitur, & non aliter: nam ſi conſanguinei viuentis iniuriam proſequi velit, non eſt admittenda, etiam ſi ipſe offenſus declaret nolle quærelare, vel ſit in mora quærelandi. & ita pluries fuiſſe per ſacrum Conſilium

ſilium obſeruatum, probat Carau. d. rit. 191. num. 8. verſic. ſcias tamen. & colligitur ex dicta l. 1. & 2. ibi *mortem filij exequitur*, & ibi *mortem exequuntur*. ff. de accuſat. l. mater, ff. de calumniat. ibi *necem filij ſui vendicare*. l. vxor tua, ibi *ſobrini ſui necem*. C. qui accuſ. non poſſ. ex quibus apparet tunc mulieres poſſe ſuorum iniuriam proſequi, cum offenſus ſit mortuus; non autem ipſo viuente, etiam quod vellet accuſare; cum ad hoc nemo inuitus ſit compellendus. ex Iul. Clar. quæſtione 15. num. 3. Cum igitur præfatus Ioſephus Clericus non ſolum non ſit mortuus, verum etiam neque vulneratus; neceſſariò dicendum eſt eius matrem nõ eſſe admittendam ad accuſandum & proſequendum iniuriam ſibi illatam.

4 Et cum crimina publica per dictum ritum Mag. Cur. 191. ad inſtar priuatorum ſint redacta, & triplici tantum generi perſonarum accuſatio pro alicuius offenſis competat, ſcilicet, patri pro filio, domino pro ſeruo, & viro pro vxore. ex text. in l. 1. & 2. ff. de iniurijs. & mater non ſit inter eos enumerata, clarum eſt non admittendam, ſed excludendam omnino eſſe.

5 Neque obſtat text. in l. 3. §. ſed & ſi mulier. ff. de liber. hom. exhib. & l. 2. C. eodem, vbi ſuã, ſuorumquè iniuriam proſequendo, agit mulier viuente iam ſuo conſanguineo, dum iuriſconſ. in d. §. ſed & ſi mulier. ait. *ſed & ſi mulier, vel pupillus hoc interdictum deſideret, pro cognato vel parente vel affine ſuo; dandum eſſe eis interdictum dicendum eſt: nam publico iudicio reos facere poſſunt, dum ſuas, ſuorumque iniurias exequuntur*. & Imperatores Cirillæ dicentes aiunt in dicta l. 2. *adi præſidem prouinciæ, ac poſtula filios tuos exhiberi*. nam reſpõdeo cum Cara. d. ritu 191. num. 8. verſic. & ſi dices. ideo ibi etiam viuente conſanguineo, licere mulieri interdicto ad exhibendum vti: quia perinde erat ac ſi mortuus fuiſſet, cum occultus detineretur ab alio; paria enim ſunt aliquid non eſſe, vel in obſcuro eſſe. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de legat. 2. l. cum ex pluribus. ff. de manumiſſ. teſtamen.

l. in

l. in lege. cum ſimil.ff. de contrahend.emption.& l.duo ſunt Titij. ff. de teſtament. tut. & probat Bart. quæſtione 13.numero 8.

6 Præterea ſupradictæ reſolutioni non obſtabit ſi quis dixerit præcitatum ritum 191. non loqui de mulieribus, ſed tantum de maſculis, vt ex eius contextura colligitur. & ita cum caſus noſter, in quo de matre dubitatur, fuerit ommiſſus in d.Ritu. remanet ſub diſpoſitione iuris communis. argum. l. ſi extraneus. ff. de condiction. cauſa data l.ſi cum dotem. 23. ff. ſoluto matrim. & l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſthum. ſecundum quam mulieri licet ſuam ſuorumque iniuriam proſequi. Nec requiritur quod pręcedat mors conſanguinei, vt admittatur ad accuſandum. vt colligitur ex l. de crimine. C. qui accuſar. non poſſunt & l.ſi fœmina. C. ad Turpillian. & ita licere etiam debet matri proſequi iniuriam filio ſuo clerico factam.

7 Quæ difficultas ex eo maximè iuuatur: quia ſi verum eſt, quod ſupra proximè dixi num. 5. nempe licere matri agere interdicto ad exhibendum, quia cum filius ſit occultus, perinde eſt ac ſi eſſet mortuus vt ibi probaui: idem etiam dicendum videtur in caſu noſtro, in quo non poterat dictus Clericus iniuriam ſibi illatam proſequi, ne irregularitatis labem & maculam incideret. Vnde ſuccedit Reg. l. filius qui. 15. & ibi gloſ. fin. ff. de condition. inſt. & l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſdar. cog. in quibus illud poſſe nos dicitur quod honeſtè & commodè poſſumus. & ſi mater non admitteretur vtiquè delictum iſtud remaneret impunitum. contra l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. & cap.vt famæ.de ſenten.excommunic.

8 His tamen non obſtātibus, veriſſima eſt ſuperior reſolutio.Nequè obſtant num. 6.adducta; nam reſpondendum eſt in d.ritu etiam comprehendi mulieres ſub illo verbo *nullus*, quod vniuerſale negatiuum eſt omnes excludens, ex ſententia Menoch. de arbitr. caſu 517. num. 14. & ita ſicut ibi prohibetur ius quærelandi maſcu-

ſculis, prohibetur etiam fœminis, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur, immo multo magis fœminis, quibus de iure communi non competit ius quærelandi, ſed de iure ſpeciali, ex dicta l. 1. & 2. cum ſimilibus ſupra adductis, quando ſuam iniuriam, vel ſuorum necem proſequuntur: vt ſupra probaui. & probat Carau. in loco ſupra citato. qui ita interpretatur Ritum illum, licet in eius contextura nullum verbum reperiatur de morte, ſed generaliter dicatur nullū admittendum eſſe de populo ad accuſandum, niſi ſuam ſuorumquè iniuriam proſequantur.

9 Nequè item obſtat difficultas ſupra adducta num. 7. nam quis negare poterit clericum abſque periculo irregularitatis poſſe accuſare ſuum offenſorem, etiam ſi delinquens puniatur pœna vltimi ſupplicij, ſi citra pœnas ſanguinis accuſationem proponat? nullus profecto, ſi in memoriam reuocauerit textum ſatis apertum in cap. prælatis. de homicid. libro 6. vbi hoc expreſsè ſtatuit Bonifacius Octauus, *nam alioquin* (vt ait ipſe) *ſi Prælati aut Clerici propter metum huiuſmodi, (quia Iudex ad pœnam ſanguinis poſſet procedere) de ſuis malefactoribus taliter conquæri non auderent, daretur pleriſquè materia trucidandi eoſdem, & ipſorum bona liberè depradandi.* Vnde cum ceſſet aſſumptum difficultatis prędictę, ceſſat & ipſa difficultas, & remanet in ſuo robore reſolutio propoſita, nempe matrem non eſſe admittendam ad proſequendam iniuriam filio nec occiſo, nec vulnerato factam, & conſequēter appellatione per eius procuratorem interpoſita nō obſtante, debere executioni mandari ſententiā reſtitutionis ad Eccleſiam in fauorem Auguſtini latā, de qua in præcedenti diſputatione.

10 Secundo, pro parte matris dicti Clerici dicebatur admittendam eſſe appellationem, ſiuè à matre, ſiuè à quolibet alio de populo fuerit interpoſita, cum de offenſa facta Clerico quilibet poſſit conquæri. ex l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſcop. & Cler. quæ eſt Canonizata in cap. in primis. §. ſi quis in hoc 2. q. 1.

Cui

Cui difficultati eadem iura reſpondent (ſi rectè perpendantur) cum in eis huiuſmodi facultates quærelandi cuilibet de populo concedatur quando offenſa fuerit facta Clerico in Eccleſia, & inter celebrationes Diuinorum officiorum. Tunc enim propter atrocitatem criminis, ex officio procedi poſſet ex dictis iuribus & omnibus competit accuſatio: quia cuncti aſtantes videntur offenſi. vt ibi & in cap. ſi quis ſuadente. verſic. qui autem de Eccleſia. 17. quæſt. 4. at vero in caſu noſtro, vt ſæpè diximus in hac & præcedenti diſputatione, nec offenſa fuit in Eccleſia, neque offenſa grauis imo leuis & leuiſſima, ſiquidem neque clericus fuit occiſus, nequè vulneratus. quo caſu ſuccedit doctrina Arnoni in libro ſuo Soliloquior. Dialog.& Commentar.Soliloquio 63. dicentis pro iniuria non atroci, aut graui Clerico illata, prætorem ex officio procedere non poſſe, & ita conſuluiſſe, & obtinuiſſe, ita interpretando capit. Regni, quod incipit de iniurijs. ex ſententia Bald. in dicta l. ſi quis in hoc genus. in fin. cuius dictũ refert & ſequitur concludendo Hyppolitus de Marſ. conſil. 103. Quare ex his ſub die 17. Nouembris 1620. fuit interpoſitum diffinitiuum decretum non competere dictæ matri ius quærelandi, & proinde repellendam eſſe à limine iudicij,& appellatione per eius procuratorem interpoſita nõ obſtante. præfatum Auguſtinum eſſe reſtituendum Eccleſiæ à qua fuerat extractus. iuxta dicta in præcedenti diſputatione, & ita fuit exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur prout in actis.*

2 *Vulgi opinio dicentis aliquem ad inopiam vergere, attenditur quando quis vtitur male ſubſtantia ſua.*

3 *Aſſecuratio dotium & antefacti concedenda eſt, quando quis male vtens ſubſtantia ſua vergit ad inopiam.*

4 *Ad aſſecurationem concedendam non eſt expectandus exitus, vt maritus cum effectu diſſipet omnia bona, ſed ſatis*

eſt ſi incipiat.

5 *Cito ad inopiam venit qui inordinatè viuit non ſeruato ordine, modo, & cenſura viuendi.*

6 *Aſſecuratio dotis & antefacti ad quid fuerit adinuenta?*

7 *Alteri ſtipulari nemo poteſt.*

Et an per notarium nobis quæratur?

8 *Donatio inter virum & vxorem regulariter eſt à iure prohibita.*

Et an iuramento vallata teneat nec ne?

9 *Donatio ante contractum matrimonium inter futuros coniuges valet.*

Et an differat ab ea, quæ fit propter nuptias?

10 *Donatio inter virum & vxorem iuramento firmata an valeat ab initio, vel differenda ſit ad tempus mortis?*

11 *Deciſio articuli proponitur.*

DISPVTATIO XII.

Aſſecuratio dotis & antefacti an & quando debeat concedi?

1 ALOYSA Faſſana proſequens iudicium aſſecurationis dotium, & ante facti intentatum contra Ioannem de Gratia eius virũ, prætendit, intertenimentum eius viri omni iure debere ſequeſtrari, vel ſaltẽ illius medietatem, & illam ſibi liberari vſque ad concurrentem quantitatem ſuarum dotium, & antefacti, pro illa conuertenda in emptionem annuorum introituum. Prætendit etiam dictum ſequeſtrum fieri debere non tantum reſpectu dictæ aſſecurationis dotium, verum etiam reſpectu donationis ipſi Aloyſæ factæ per dictum eius virum ducatorum mille, vt de illis poſſit ſatisfieri; ſiquidem in facto ſatis probatum eſt pro dotibus ipſius Aloyſæ conſignatos, & aſſignatos fuiſſe dicto Ioanni per notarium Andream Faſſanum fratrem ipſius Aloyſæ ducatos ſexcentum, & antefactum fuiſſe conſtitutum ducatorum ducentum, & ante contractum matrimonium per dictũ Ioannẽ fuiſſe ipſi Aloyſæ irreuocabiliter inter viuos donatos duca-

ca-

catos mille donatos.

2 Vnde in iure ſuccedit illa iuris regula nempe concedendam eſſe aſſecurationem dotium & antefacti: cum exactis conſtet prædictum Ioannem adeo male vti ſubſtantia ſua quotidie ludendo, & debita contrahendo, vt vulgi ſit opinio ipſum vergere ad inopiam notoriam. Quæ quidem vulgi opinio in hoc attenditur, vt quis incipiat malè vti ſubſtantia ſua. vt in authent. de æqualit. doc. §. illud. ibi, *viro incboante male vti ſubſtantia ſua, &c.* iuncta gloſ. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & probat Neapod. in conſuetud. vbi dos. num. 29.

3 Quapropter concedendam omnino eſſe huiuſmodi aſſecurationem dotium, & antefacti. reſoluunt Neapod. vbi proximè num. 27. verſic. tertio caſu. Franch. deciſ. 54. & DD. communiter in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrimon. & in d. l. vbi adhuc. C. de iur. dot.

4 Quinimo vt concedatur huiuſmodi aſſecuratio nō eſt expectandum, vt maritus cum effectu diſſipet omnia bona ſua; ſed ſatis eſt ſi incipiat diſſipare: & hoc eſt, quod voluit imperator. in d. §. illud. dum ait: *Siquidem ſuæ poteſtatis, & perfectæ ætatis mulier eſt ſibimet culpam inferat, cur mox viro inchoante male ſubſtantia vti, non percepit, & non auxiliata eſt ſibi.* & ex pluribus probat Molfes. ſuper conſuetud. Neap. par. 6. quæſt. 5. num. 21.

5 Eſt itaquè concedenda huiuſmodi aſſecuratio, dum hic Ioannes inordinatè ludendo, & debita quotidiè contrahendo viuit; cito enim ad inopiam reducitur, qui inordinatè viuit, non ſeruato ordine, modo, & cenſura viuendi, vt eſt in caſu noſtro iuxta eius facultatem. vt ſcripſerunt Andreas de Barulo, & Ioann. de Plat. in l. 1. C. de frum. vrb. conſtan. quod latiſſimè probat Aponte de poteſtate Proreg. rubr. de diuerſ. prouiſion. tit. de limitat. expenſ. num. 1. & 2.

6 Rurſus eſt huiuſmodi aſſecuratio concedenda ob vergentiam viri ad inopiam: quoniam hoc caſu non eſt propria reſtitutio dotis, vt illius

dominium ſit penes vxorem; ſed eſt potius aſſecuratio quædam vt communiter nuncupatur, adinuenta ad hoc, vt vxor tuta ſit pro eius dote & iuribus dotalibus, & de illorum fructibus ſe ipſam & familiam alere valeat. l. ſi cum dotem. §. ſi vero. ff. ſolut. matrimon. d. l. vbi adhuc. C. de iure dotium. & vtrobiquè Doctores omnes. Afflict. deciſio. 291. Capic. deciſ. 65. Theſau. deciſ. 45. Farinac. deciſ. 249. par. 2. tom. 1. Surd. tit. de aliment. quæſt. 35. num. 5. & Regens de Aponte deciſ. 19. num. 19.

Quod adeo verum eſt, vt publicatis bonis viri, non veniant publicata bona dotalia. ex l. ſi quis poſt hac. C. de bonis proſcriptor. quę lex correxit. tex. in l. 1. ff. de fundo dotali. ſed ſtatim mulier illa vendicabit non expectata morte mariti. vt voluit Campeg. de dot. reſtit. 3. p. 3. partis. quæſt. 23. & Bal. Nouell. de priuileg. dot. 7. p. prin. priuil. 17. quia per talem publicationem videtur maritus vergere ad inopiam. quo caſu ſuccedit. reg. d. l. vbi adhuc. & d. §. Illud. cum ſimilibus. & ſi publicatio daretur, eſſet cum onere reſtitutionis poſt mortem ex reſolutione iuris mariti in eum caſum. ad tex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebell. in l. lex vectigali. ff. de pignor. Ex quibus reſpectu dotium & antefacti, res difficultatem non patitur, vt d. Aloyſa Foſſana veniat aſſecuranda ſuper intertenimento dicti eius viri.

Remanet fundandum in iure huiuſmodi intertenimentum, ſiue eius medietatem facta aſſecuratione prædicta vſquè ad quantitatem dictæ dotis & antefacti, pariter debere remanere ſequeſtratũ, vt poſſit ſatisfieri dicta Aloyſia de ducatis mille ſibi à dicto eius viro ante contractum matrimonium donatis, vt ex actis conſtat. quod fundabitur ex reſponſionibus ad fundamenta, quæ in contrarium poſſunt adduci pro inualiditate dictæ donationis.

7 Et primo quatenus dictus Ioannes prætenderet dictam donationem non valere: quia quando facta prætenditur, erat abſens dicta Aloyſa & ſtipulatio

tio facta fuit eius fratri, vnde nec valet, nec aliquem effectum producere poteſt. ex §. alteri. inſt. de inutil. ſtipul. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig. vbi DD. omnes. cuius rei rationem elegantem tradit. Donnell. in d. §. alteri. d. l. ſtipulatio iſta. dupliciter reſponderi poteſt. primo regulam hanc limitari in notario, qui ſtipulando (vt in caſu noſtro) alteri acquirit. vt eſt communis & crebrior opinio per totum mundum obſeruari ſolita. ex ſentẽtia Salic. & Alber. in d. §. alteri. d. l. ſtipulatio iſta. num. 24. & Iaſſ. ibi. num. 11. Theſaur. deciſ. 70. num. 2. addit Bert. conſ. 156. vol. 1. qui dicit ab hac practica neq; in iudicando neque conſulendo eſſe recedẽdum. Grat. conſ. 12. num. 8. lib. 1. moder. Pariſ. conſ. 60. qui dicit cum hac opinione vti Canonizata & communiſſima tranſire Senatum. pro qua pondero. tex. in l. 2. ff. rempub. ſalu. fore. vbi dicitur quod ſi pupillus abſens ſit vel fari non poſſit, ſeruus eius ſtipulabitur, ſi ſeruum non habeat, ſeruus ei emendus eſt, ſed ſi non ſit vnde ematur, aut non ſit expedita emptio; profecto dicimus ſeruum publicum apud Prætorem ſtipulari debere. Vnde colligitur per notarium nobis acquiri & alteri ſtipulari poſſe: quia notarius & tabellio ſeruus publicus in iure dicitur. ex l. fin. ff. de eo quod cuiuſque. vniu. nom.

11. Secundo reſpondeo quod in dicta ſtipulatione interuenit iuramentum, quod de per ſe operatur vt alteri per alterum acquiratur actio ex ſtipulatione: nam cum iuramentum ſit præſtitum Deo. cap. debitores. de iureiur. ſupplet. præſentiam abſentis. l. properandum. §. cum autem. C. de iudic. ibi: *cum enim terribiles in medio proponuntur ſcripturæ litigatoris abſentia, Dei præſentia repleatur.* cap. 2. de arbitr. lib. 6. & probant Iaſ. num. 4. & Alber. num. 8. & Alex. in d. §. alteri. ex gl. communiter approbata in cap. quoties. quæſt. 7. de pactis. quam refert. Fel. in proœmio. Greg. & ex eo eam ſequuntur ordinar. in d. §. alteri. Rurſus nam vbicunquè iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æter-

næ,

næ; ſemper iurans cogitur illud ſeruare. cap. ſi vero. cum vulg. de iureiur. & ita expreſsè firmat. Bart. in l. ſi quis pro eo. in princ. ff. de fideiuſſ. Ant. & Immol. in cap. cum contingat. de iureiur. & Alex. in d. §. alteri. & vltra eum. Bal. in l. nam & poſtea. §. iuſiurandum. ff. de iureiur.

8 Secundo quatenus pro parte dicti Ioannis prætenderetur huiuſmodi donationem tanquàm factam inter virum & vxorem non valere, ex tot. tit. ff. & C. de donat. inter. vir. & vxor. cap. ſi. extra eod. facillimè reſpondetur, huiuſmodi donationem iuramento (quod vt dixi in caſu noſtro interuenit) conualidari: nam quamuis ambigua & difficillima ſit quæſtio iſta vt dicit Abb. conſ. 95. in princ. lib. 2. & theſaur. deciſ. 31. num. 2. dicat pro vtraquè parte grauiſſimos eſſe iuris prudentiæ profeſſores, vbi enumerat DD. eorumquè dicta, & motiua; tamen in facti contingentia dicit ſenatum ſemper ſequutum affirmatiuam, ſcilicet valere donationem inter virum & vxorē Iuramento firmatam, & illam indiſtinctè eſſe ſequendam tanquam veriorem. & ita magiſtraliter per multa concludit Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 8. qui ad partes diſputat quæſtionem.

9 Vltra quàm quòd huiuſmodi donatio fuit ante contractum matrimonium inter futuros coniuges celebrata: quo caſu valere ſimpliciter ait Afflict. deciſ. 61. num. 3. ex not. per Bart. & DD. in l. diuortio. ff. de verb. oblig. quæ diuerſa eſt ab illa, quæ propter nuptias fit; nam hæc ſolum fuit ducatorum. 200. quæ ante factum vocatur, illa autem fuit ducatorum mille. vnde dicendum eſt vtramque valere, & pro ſatisfactione vtriuſquè aſſecurationem & ſequeſtrationem fieri debere ex dictis.

10 Tertio & vltimo, quatenus pro parte dicti Ioannis prætenderetur quod caſu quo dicta donatio valeret ratione iuramenti, non debeat valere ab initio; ſed expectandum ſit tempus mortis, ex plurimis fundamentis adductis à Mant. d. lib. 21. tit. 9.

Reſpondetur cum eodem Mant. contrariam, ſcilicet huiuſmo-

iuſmodi donationem iuramẽto firmatam, ab initio valere, neque eſſe expectandum tempus mortis, veriorem eſſe. quam efficaciſſimis rationibus & authoritatibus firmat reſpondens ad contraria, & referens infinitos DD. hanc vt veriorem tenentes, & teſtantes de communi & receptiſſima, de qua non eſſe dubitandum dicit, Cou. 2. p. rub. de teſtam. num. 10. propè fin.

Ex quibus omnibus ſub die 9. Decembris anni. 1619. fuit per me diffinitiua ſententia decretum quod præfata Aloyſa aſſecuretur pro eius dote ducatorum ſexcentorum, & ante facti ducatorum biſcentum, & pro ducatis mille in donatione contentis, ſuper medietate ſui ſtipendij ſeu intertenimenti debiti & debendi. & ita fuit exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*

2 *Pendente relatione facienda coram ſuperiore, ad aliquem actũ procedi non poteſt.*

3 *Quidquid fit aduerſus fideiuſſorem de ſtando iuri & ſoluendo iudicatum eo non citato, non valet.*

4 *Quando quis petit cauſam alicui iudici committi, dum coram alio pendet, mentionem facere debet de litis pendentia & illius ſtatu; aliàs reſcriptum erit nullum.*

5 *Deciſio cauſæ & articuli proponitur.*

DISPVTATIO XIII.

Pendente relatione facienda coram ſuperiore an poſſit inferior ad aliquem actũ procedere?

1 SVB prętextu quod Andreas Maricõda actorum magiſter magnæ curiæ vicariæ virtute epiſtolæ ſeu biglieti actorum magiſtri regię audiẽtiæ exercitus acceptiſſet fideiuſſionem ad inſtantiam D. Alphonſi d'Aualos in beneficium D. Luyſę d'Aualos eius filiæ, & quod inde prædicta D. Luyſa obtinuiſſet quędam decreta contra dictum eius patrem, & pro cauſa dictæ

ctæ fideiuſſionis dictus Andreas fuiſſet carceratus ordine Regij Auditoris exercitus mei prædeceſſoris, & facta etiam fuiſſet executio ſuper eius bonis, inſtetit excarcerari, & fuit habilitatus cum cautione de ſtando iuri & iudicatum ſoluendo, & pro eo fideiuſſerunt Doctor Detius de Guglielmo & Paulus Luciano tūc Scriba Magnæ Curiæ, & nunc Sacri Conſilij.

Et quoniam poſtea ſucceſſit decoctio prædicti Andreæ, & prædicta Domina Luyſa dicebat velle moleſtare ipſos Decium & Paulum fideiuſſores, porrexerunt præces Excellentiſſimo tunc Proregi petentes declarari ipſos non teneri ex varijs cauſis ibi narratis, & cauſa fuit commiſſa Sacro Cōſilio, per quod fuit inhibitus Regius generalis Auditor. Verum præfata D. Luyſa prætendens poſſe & debere procedi in regia generali audientia, obtinuit reſcriptū Excellentiſſimi Proregis, quod relationem facerent in Collaterali cōſilio; qua pendente ad inſtantiam eiuſdem D. Luyſæ reperitur captus & carceratus ipſe Paulus de ordine mei prædeceſſoris virtute reſcripti Excellētiſſimi Proregis ſibi cauſam iſtam committentis. quam carcerationem fuiſſe de facto, & contra ius, & proinde excarcerandum ſtatim etiam de facto eſſe, prætendebatur pro parte dicti Pauli ex ſequentibus.

2 Primo nam vt in facto ſupponitur, & ex actis conſtat, pendebat relatio facienda in Collaterali conſilio, ad hoc vt decideretur articulus quiſnam eſſet huius cauſæ Iudex competens? qua pendente, ad aliquem actum procedi non poterat, ſaltim inaudita, & non citata parte. l. 1. & l. fin. C. de relationibus. quia huiuſmodi commiſſio referendi eſt præiudicialis. vt argumen. l. diximus. ff. de excuſat. tutor. & Clemen. quandiu. de appellat. probat Bald. in dicta l. fin. in princip. & in cap. licet. de offic. leg. Andr. Barbat. per tex. ibi. vnde prædicta prouiſio carcerationis dicti Pauli tanquam de facto, & nulliter facta, delenda eſt, & prædictus Paulus excarcerandus.

3 Secundo, nam vt aiunt Impe-

peratores in l. 1. C. de execut. rei iud. *Nimis properè Iudex pignora Marcellæ capi, ac diſtrahi iuſſit ante rem iudicatam: prius eſt enim, vt ſeruato ordine actionem aduerſus eam dirigas, & cauſa cognita ſententiam accipias.* & licet text. ille videatur loqui & procedere in cauſis ordinarijs (in quibus etiam abſquè commiſſione & abſque litteris executorialibus ſubſcriptis procedi non poteſt. iuxta cap. quoniam contra. de probat.) adhuc etiam in caſu noſtro procedit & habet locum eius diſpoſitio. ex doctrina eleganti Muſcatelli in practic. fideiuſſoria parte 1. modo 12. a. num. 26. cum ſequentibus. vbi plura ad caſum noſtrum adducit, præcipuè nu. fin. qui ex ſententia Bald. in l. duobus. §. igitur ſi quis. ff. de iureiur. & Vrſill. ſuper deciſ. Afflict. 181. num. 3. & Felin. in cap. quamuis. de re iudicata. dicit expreſsè quod quicquid fit aduerſus fideiuſſores de ſtando iuri, & ſoluendo iudicatum in cauſis ciuilibus & non citatos non valet. per tex. in l. ſi perluſorio. ʃ. fin. ff. de appellation. igitur inualida fuit prouiſio carcerationis dicti Pauli, & conſequenter venit liberandus.

4 Tertio, & vltimo; nam quando quis petit cauſam alij Iudici committi; de ſtatu cauſæ & litis coram alio mentionem facere debet. ex l. penult. ff. de appellation. recip. cap. inter monaſterium. extra de re iudicata. cap. in præſentia. extra de procurator. Quod adeo verum eſt, vt ſi hoc requiſito non obſeruato, expediatur Principis reſcriptum, non valet. ex ſent. Bald. in d. l. 1. C. de relation. num. 4. & ibi additio Andreæ Barbatiæ, qui plures adducit præcipuè Petr. de Anchar. conſil. 16. & colligitur ex tex. in cap. fin. vt lit. penden. nihil innouetur. ergo cum in memoriali porrecto ſuæ Excellentiæ, non fuerit facta mentio pendentis relationis faciendæ in Collaterali conſilio, abſque dubio dicendum eſt reſcriptum in eo contentum eſſe nullum, & proinde non potuiſſe carcerari dictum Paulum. Ex quibus fuit per me prouiſum quod fiat relatio in Collaterali Conſilio iuxta formam memoria-

lium & regiarum decretationum, & interim dictus Paulus excarceretur cum cautione de ſe præſentando coram Iudice declarando, firma remanente fideiuſſione per eum & dictum Doctorem Decium præſtita, de ſtando iuri & ſoluendo iudicatum, & ita fuit exequutum.

5 Verum quia ex parte dictæ Dominæ Luyſę fuit mihi præſentatum memoriale quoddã de omnibus mentionem faciens, cum decretatione Excellentiſſimi Proregis, quod Regius generalis Auditor exercitus de iuſticia prouideat, non obſtantibus quibuſcunq; decretationibus antea quomodocunque factis. Sub die 6. Maij 1619. fuit per me prouiſum, quod ſuſpenſo ſuperiori decreto, procedatur in Regia generali audientia exercitus ſeruata forma ordinis ſuæ Excellentiæ, & dictus Paulus infra quatuor dies ſoluat; aliàs accuſetur fideiuſſio. nam licet veriſſima ſit doctrina Bal. & Barbat. in locis ſupra num. 4. adductis. fallit tamen quan do ex gratia Principis reſcriptum impetratur; quod quidem etiam lite pendẽte valet. ſecundum Anton. de Butr. in cap. 2. de in integrum reſtitut. Ioan. Andr. & Innocent. in c. dudum. el 2. de elect. & Barbat. ad Bald. in dicta l. 1. C. de relation. in verb. extra dubitatur. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries enarratur.*

2 *Deportatus perdit ea, quæ iuris ciuilis ſunt, & ideo teſtamentum facere non poteſt.*

3 *Reſtitutus ad Ciuitatem, recuperat quæ per deportationem amiſerat.*

4 *Deportatus in inſulam ſi effugiens militiæ ſe dedit, capite punitur.*

5 *Indultum vt ſuum ſortiatur effectum, neceſſe eſt, vt delicta ſint commiſſa ante illius publicationem.*

Et delinquens non debet eſſe melioris conditionis eo, qui non delinquit, neque ex ſuo delicto commodum reportare.

6 *Teſtamentum eius, qui poſt accuſationem ante condemnationem deceſſerit, valet.*

7 *Quoties plures actiones ex pluribus delictis proueniunt, vna non*

non extinguit aliam.

8 *Dupplici pœna nemo eſt afficiendus pro vno delicto.*

9 *Interpretatur textus in l. ſi quis poſt accuſationem. ff. de teſtamentis.*

10 *Deciſio cauſæ & articuli refertur.*

DISPVTATIO XIV.

Teſtamentum factum ab eo, qui cum deportatus in inſulam eſſet, factus fuit miles ſub generali indulto delinquentium, an valeat nec ne?

1 IVLIVS Cæſar Biblia fuit anno 1610. inquiſitus per magnam Curiam Vicariæ de aſſaſſinio in perſonam Ioſephi Dragoneſi de mandato Sebaſtiani Cenſoni pro ducatis vigintiquinque, propter quod fuit deportatus in inſulam Caprarum cum comminatione mortis naturalis: qua deportatione pendente, dictus Iulius ſe aſſentauit pro milite in Commitiua Capitanei Conſtantini Capezuti virtute Indultus ſeu guidatici generalis ſuæ Excellentiæ, in quo permittit aſſentari omnes inquiſitos & bannitos, exceptis delictis aſſaſſinij, falſæ monetæ, & læſæ maieſtatis Diuinæ & humanæ. Cum igitur perueniſſet ad mortem dictus Iulius Cæſar ſine filijs ſola ſorore carnali ſuperſtite; ſuum condidit teſtamentum, in quo inſtituit vniuerſalem hęredem Ioannem Baptiſtam de Natale extraneum, dicta ſorore excluſa, quæ cum religionem ingreſſa fuiſſet intendens de anno 1616. profeſſionem facere, ſeruatis ſeruandis, renunciauit & generaliter ceſſit dicto Iulio Cæſari Biblia ſuo fratri omnia iura & bona ſua, cum hac tamen conditione, quod ſi ipſe deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, (prout ita deceſſit) in locum illius ſuccedat Doctor Fabritius Biblia, qui petit ſupradictum teſtamentum declarari nullum tanquam factum à deportato, & conſequenter eſſe hæredem vniuerſalem ſuo-

lium & regiarum decretationum, & interim dictus Paulus excarceretur cum cautione de ſe præſentando coram Iudice declarando, firma remanente fideiuſſione per eum & dictum Doctorem Decium præſtita, de ſtando iuri & ſoluendo iudicatum, & ita fuit exequutum.

5 Verum quia ex parte dictæ Dominæ Luyſę fuit mihi præſentatum memoriale quoddã de omnibus mentionem faciens, cum decretatione Excellentiſſimi Proregis, quod Regius generalis Auditor exercitus de iuſtitia prouideat, non obſtantibus quibuſcunq; decretationibus antea quomodocunque factis. Sub die 6. Maij 1619. fuit per me prouiſum, quod ſuſpenſo ſuperiori decreto, procedatur in Regia generali audientia exercitus ſeruata forma ordinis ſuæ Excellentiæ, & dictus Paulus infra quatuor dies ſoluat; aliàs accuſetur fideiuſſio. nam licet veriſſima ſit doctrina Bal. & Barbat. in locis ſupra num. 4. adductis. fallit tamen quando ex gratia Principis reſcriptum impetratur; quod quidem etiam lite pendẽte valeţ. ſecundum Anton. de Butr. in cap. 2. de in integrum reſtitut. Ioan. Andr. & Innocent. in c. dudum. el 2. de elect. & Barbat. ad Bald. in dicta l. 1. C. de relation. in verb. extra dubitatur. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries enarratur.*

2 *Deportatus perdit ea, quæ iuris ciuilis ſunt, & ideo teſtamentum facere non poteſt.*

3 *Reſtitutus ad Ciuitatem, recuperat quæ per deportationem amiſerat.*

4 *Deportatus in inſulam ſi effugiens militiæ ſe dedit, capite punitur.*

5 *Indultum vt ſuum ſortiatur effectum, neceſſe eſt, vt delicta ſint commiſſa ante illius publicationem.*

Et delinquens non debet eſſe melioris conditionis eo, qui non delinquit, neque ex ſuo delicto commodum reportare.

6 *Teſtamentum eius, qui poſt accuſationem ante condemnationem deceſſerit, valet.*

7 *Quoties plures actiones ex pluribus delictis proueniunt, vna non*

non extinguit aliam.

8 *Dupplici pœna nemo eſt afficiendus pro vno delicto.*

9 *Interpretatur textus in l. ſi quis poſt accuſationem. ff. de teſtamentis.*

10 *Deciſio cauſæ & articuli refertur.*

DISPVTATIO XIV.

Teſtamentum factum ab eo, qui cum deportatus in inſulam eſſet, factus fuit miles ſub generali indulto delinquentium, an valeat nec ne?

1 IVLIVS Cæſar Biblia fuit anno 1610. inquiſitus per magnam Curiam Vicariæ de aſſaſſinio in perſonam Ioſephi Dragoneſi de mandato Sebaſtiani Cenſoni pro ducatis vigintiquinque, propter quod fuit deportatus in inſulam Caprarum cum comminatione mortis naturalis. qua deportatione pendente, dictus Iulius ſe aſſentauit pro milite in Commitiua Capitanei Conſtantini Capezuti virtute Indultus ſeu guidatici generalis ſuæ Excellentiæ, in quo permittit aſſentari omnes inquiſitos & bannitos, exceptis delictis aſſaſſinij, falſæ monetæ, & læſæ maieſtatis Diuinæ & humanæ. Cum igitur perueniſſet ad mortem dictus Iulius Cæſar ſine filijs ſola ſorore carnali ſuperſtite; ſuum condidit teſtamentum, in quo inſtituit vniuerſalem hęredem Ioannem Baptiſtam de Natale extraneum, dicta ſorore excluſa, quæ cum religionem ingreſſa fuiſſet intendens de anno 1616. profeſſionem facere, ſeruatis ſeruandis, renunciauit & generaliter ceſſit dicto Iulio Cæſari Biblia ſuo fratri omnia iura & bona ſua, cum hac tamen conditione, quod ſi ipſe deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, (prout ita deceſſit) in locum illius ſuccedat Doctor Fabritius Biblia, qui petit ſupradictum teſtamentum declarari nullum tanquam factum à deportato, & conſequenter eſſe hæredem vniuerſalem ſuo-

rum bonorum eius ſororem Iuliam Bibliam ab inteſtato, & ſucceſſiuè pro ea dictum Fabritium virtute ceſſionis prædictæ ex ſequẽtibus iuris & facti fundamentis.

2 Primo, nam certiſſima & indubitata iuris regula eſt deportatum teſtamentum facere non poſſe. l. eius. §. in inſulam. ff. de teſtament. vbi cum iuris conſil. in §. præcedenti dixiſſet *eius cui aqua & igni interdictum eſt, teſtamentum antea vel poſtea vel tunc temporis factum eſſe nullum*, ſubdit in §. inſulam dicens *in inſulam deportati in eadem cauſa ſunt*. quia cum deportatus perdat ea, quæ iuris ciuilis ſunt. l. ſunt quidam. ff. de pœn. ibi. *Item quidã ſunt ſine Ciuitate, vt ſunt in opus publicum perpetuo dati, & in inſulam deportati. vt ea quidem quæ iuris ciuilis ſunt, non habeant, &c.* l. inter pœnas. ff. de interdict. ibi. *Inter pœnas eſt etiam inſulæ deportatio, quæ pœna adimit Ciuitatem Romanam.* & teſtamenti factio iuris ciuilis ſit. l. 3. cum vulg. ff. de teſtament. rectè ſequitur prædictum Iulium Cæſarem teſtamentum facere non potuiſſe, & proinde ab inteſtato ſuccedere in eius bona dictá Iuliá eius ſororem ex text. in authent. bona damnatorum. C. de bonis damnator. & ſucceſſiuè dictum Fabritium virtute ceſſionis prædictæ. Et ita cum ſit caſus legis, ab omnibus amplectitur nemine reluctante. Neque cõtrariũ reperitur diſpoſitum in regno, ſed potius hoc confirmatum per Vincen. de Franch. deciſ. 501. & deciſ. 102. & 213. vbi plura adducit.

3 Et licet exaduerſo dicatur teſtamentum à dicto Iulio Cæſare factum valere tanquam à non deportato; cum virtute guidatici ſe aſſentauerit pro milite. Vnde reſtitutus ad Ciuitatem recuperat, quæ per deportationem amiſerat. gloſ. fin. in l. ſi qua. 40. §. final. ff. ex quibus cauſ. maior. per tex. ibi. adhuc remanet in ſuo robore doctrina ſupra numero præcedenti adducta. Nam præfatus Iulius Cæſar non potuit ſe aſſentare pro milite virtute dicti guidatici, ſeu indulti cum ſolum compræhendat inquiſitos; non vero iam condem-

dem-

Digitized by Google

demnatos, vt ex eo videre eſt.

4 Imo quod magis eſt inueni textum expreſſum & ſingularem in propoſito. in l. qui cum vno. 4. §. in inſulam. ff. de re milit. vbi iuriſconſ. in hæc verba, *In inſulam deportatus ſi effugiens militiæ ſe dedit electuſue diſſimulauit, capite puniendus eſt.* quibus verbis attentis, neſcio quis dubitare poterit dictum Iulium non ſolum non potuiſſe ſe adſcribi facere militiæ, imo delictum committere ab inſula ſe abſentando, & conſequenter teſtamentum ab eo tanquam milite factum eſſe nullum.

Rurſus prædictum Iulium Cæſarem non ſolum non includi in indulto, quia condemnatum, ſed excludi expræſsè tanquam aſſaſſinum, vt ex eodem indulto apparet, iuncta fide inquiſitionis & condemnationis illius per Mag. Cur. vicar. ſacta, & in actis præſentata. Quare cũ militia ſit nulla, remanet dicta deportatio in viridi, & conſequenter teſtamentũ omnino nullum, & via aperta venientibus ab inteſtato, & ſucceſſiuè dicto Fabritio virtute ceſſionis productæ.

5 Neque item obſtabit quidquam ſi ex aduerſo quis dicat huiuſmodi deportationem ruptam cenſeri ex quo ſe ab ſentauit ab inſula, in quam fuerat deportatus; & propterea tanquam de nouo inquiſitum, ſeù ſaltem delinquentem, includi in dicto generali indulto: nouum enim delictum commiſiſſe ſatis colligitur. ex d. l. qui cum vno. §. in inſulam. 4. ibi: *in inſulam deportato pœna capitis adrogatur & hoc eſt ſiue quis non exceſſerit in exilium intra tempus intra quod debuit: ſiue etiam aliàs exilio non obtemperauit.* l. 4. §. in exulibus. ff. de pœnis ibi: *qui deportatus euaſerit capite puniatur.* Si enim delictum non commiſiſſet non imponeretur pœna. ex gl. verb. vitium. in l. lege duodecim. tabul. 14. C. de legitim. hæred. l. aliud eſt. 131. ff. de verb. ſignif. ibi: *aliud eſt fraus, aliud pœna: fraus enim ſine pœna eſſe poteſt, pœna ſine fraude eſſe non poteſt. pœna eſt noxa vindicta, fraus, & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœna quadam præparatio.* Nam reſponderi poteſt quod li-

licet verum ſit dictum Iulium Cæſarem nouum commiſiſſe delictum ſe abſentando ab inſula, in quam erat deportatus ex proximè cit. iur. non poteſt dicto generali indulto gaudere: cum certiſsimum ſit quod ad hoc vt huiuſmodi indultum ſuum ſortiatur effectum, neceſſe eſt vt delicta indultanda ſint commiſſa ante publicationem illius. vt ex ſententia Franch. deciſ. 468. & Pegueir. deciſ. 64. reſoluit Rouit. in rub. de exul. num. 15. & vltra eos. Baiar. ad Iul. Clar. lib. 5. §. homicidium. num. 205. & quæſt. 59. num. 94. alias enim daretur materia delinquendi. vt dicit Bart. in l. cum lex. ff. de leg. & in l. omnes populi. num. 64. ff. de iuſt. & iur. & Ang. conſ. 67. cum alijs. alleg. à Franch. d. deciſ. 468. num. 1. vnde cum tale fugæ delictum poſt publicationem indulti commiſerit, neceſſario dicendum eſt eo non gaudere, & conſequenter teſtamentum ab eo factum, eſſe nullum: alias enim eſſet melioris conditionis delinquens, eo, qui non delinquit. contra tex. in l. ſi ex voluntate. C. de donat. inter. vir. & vxor. Si enim deportatus non rumpens deportationem non poteſt facere teſtamentum vt ſupra probaui. num. 2. Si rumpens poſſet, eſſet melioris conditionis, quod non eſt dicendum. ex d. l. ſi ex voluntate. & gl. verb. abſurdum. in l. Prætor, quæ eſt lex prima. §. & reſtituendi. ff. de public. & vectical. per tex. ibi: *eſt enim abſurdum meliorem eſſe publicanorum cauſam quam cæterorum effectam opinari* & ex ſuo delicto commodum reportare nemo debet. cap. intelleximus de iud. cum vulg.

6 Ego autem rem altius extollendo ponderabam. tex. in d. l. 4. §. in inſulam. ff. de re milit. & d. l. 4. §. in exulibus. ff. de pœnis. in quibus habetur quod ſi deportatus euaſerit, & militiæ ſe adſcripſerit, capite puniatur; ergo iam deſinit eſſe deportatus, & conſequenter teſtamentum factum ab eo poſtquam effectus fuit capitis reus per fracturam deportationis, erit validum: cum nullibi reperiatur prohibita teſtamenti factio illis, qui delictum commiſerunt, propter quod

lex

lex pœnam capitalem imponat, quouſquè iudicis ſententia fuerint condemnati. Imo teſtamentum factum pendente proceſſu capitali valere ſi teſtator decedat ante quam condemnaretur. probat.tex.in l. ſi quis poſt. 9. ff. de teſtam. cuius verba ſunt. *Si quis poſt accuſationem in cuſtodia fuerit defunctus indemnatus, teſtamentum eius valebit.* Igitur cum prædictus Iulius Cæſar neque condemnatus, neque carceratus fuiſſet tempore quo teſtamentum fecit, neque tempore mortis, proculdubio dicendum videtur iure optimo teſtari potuiſſe.

7 Pro cuius difficultatis ſolutione animaduerto nouum delictum non tollere actionem prioris; quotieſcunquè enim plures actiones prouenìunt ex pluribus delictis, vna non extinguit aliam vt alias probaui in libro meo diuerſ. quæſt. iur. p. 2. quæſt. 20. nu. 5. ex l. nunquam plura in princ. ff. de priuat. delic. ibi: ***nunquam plura delicta concurrentia faciunt vt illius impunitas detur; nequè enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam.*** & in §. fi. eiuſdem. leg. ibi: *item ſi quis ſeruum vulnerauit, quem ſubripuerat, æquè duæ actiones locum habebunt, Aquilia & furti.* §.fin.inſt. ſi quadrupes pauper. feciſſe. dic. ibi: ***nunquam enim actiones præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit.*** Vnde pœna quæ à iure impoſita eſt deportatis, qui deportationem euaſerunt, non tollit prohibitionem teſtamenti factionis: quia ſi hoc eſſet verum ſequeretur abſurdum nempe inducta ad pœnam, immunitatem operari. contra tex.in l.ſiue hæreditaria. in fin.ff. de negot. geſt. cum ſimil.& ita dicendum eſt quod prædicta pœna capitis à iure impoſita, concurrit cum inhabilitate teſtamentũ faciẽdi, quam inducit deportatio, per quam amittimus quæ iuris ciuilis ſunt.ex d.l.ſunt quędam. ff. de pœnis. & d. l. inter pœnas. ff. de interdict.

8 Neque huic veriſſimę reſolutioni obſtabit ſi quis dixerit ea attenta, dictum Iulium Cæſarem duplici pœna puniri, vnà deportatione & eius effectibus, & alia Capitali. contra textum. in cap. at ſi clerici. §. fi. de

ſi. de iudic. & l. ſenatus. ff. de accuſat. nam prohibitio teſtamentũ faciendi deportatis facta, non eſt pœna, neque ſuccedit loco pœnæ, ſed venit in conſequentiam ex eo quod deportatus perdit ea quæ iuris ciuilis ſunt, & teſtamenti factio eſt iuris ciuilis vt ſupra probauimus. & ita pro quolibet delicto vna tantum pœna imponitur, nempe pro eo quod commiſſerat ante deportationem, & pro ſecundo capitalis. quod non repugnat diſpoſitioni. d §. de adulterijs & d. l. ſenatus in quibus pro vno delicto dupplicem imponi pœnam prohibetur.

9 Neque obſtat. tex. in d. l. ſi quis poſt accuſationem. ff. de teſtamen. nam ibi ideo dicitur teſtamentum carcerati nondum condemnati valere: quia erat certus de ſuo ſtatu, ſecundum quem nullo iure erat ſibi prohibita teſtamenti factio, vt optimè declarat. ibi Bal. num. 1. verſ. Secundo quod ille; at vero in caſu noſtro vel conſideramus Iulium Cæſarem ante condemnationem pro fractura deportationis, aut poſt: & vtroque caſu teſtamentum illius eſſe nullum certiſsimum eſt; ante condemnationem ſecundam: quia erat deportatus per primam, & poſt condemnationem ſecundam: quia ad mortem condemnatus teſtari non poteſt. L. ſi quis filio. 6. §. eius qui. ff. de iniuſto rupto. l. eius qui. §. ſi. ff. de teſtam. ex quibus euidenter colligitur teſtamentum dicti Iulij Cæſaris eſſe nullum, tam reſpectu primi, quam ſecundi delicti, & propterea in eius bona ab inteſtato ſuccedere eius ſororem & dictum Fabritium vti illius ceſsionarium.

10 Quapropter ſub die. 27. Februarij. 1620. Fuit per me interpoſitum decretum, & lata ſententia, qua pronunciaui teſtamentum dicti Iulij Cæſaris nullum, & proinde dictum Fabritium tanquam ceſſionarium Iuliæ Bibliæ hæredis ab inteſtato, ſuccedere in illius hæreditatem, condemnando ad illius reſtitutionem dictum Ioannem Baptiſtam de Natale, & ita fuit exequutum & conſignata poſſeſsio. d. Fabritio.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies refertur.*

2 *Confeſſus in iure pro iudicato habetur.*

3 *Acta in vno iudicio facta, faciunt fidem in alio quoad eaſdem perſonas.*

4 *Matrimonium fuiſſe contractum quomodo probetur? & num. 5.*

6 *Confeſſio debet eſſe veriſimilis & probabilis.*

7 *Confeſſioni in præiudicium matrimonij ſtandum eſt, quando fit ab vtroquè coniuge, & eam fama iuuat.*

8 *Interpretatur tex. in cap. ex litteris. de diuortijs.*

9 *Adulterium eſt alterius thori violatio.*

10 *Interpretatur tex. in l. ſi vxor. §. diui. §. ſi vxor. & §. ſi minor. ff. ad l. Iul. de adulter. & l. propter. C. eodem.*

11 *In publica meretrice nequè raptus nequè adulterium conſideratur.*

12 *Iudex vnius territorij non poteſt exequi ſententiam latam à iudice alterius, niſi cum cauſæ cognitione.*

13 *Sententia ſola abſque proceſſu & probationibus non probat crimen quoad alterius territorij iudicem, nequè facit indicium ad torturam. & quomodo id intelligatur? cum deciſ. articuli.*

DISPVTATIO XV.

Confeſsio mulieris aſſerentis vxorem eſſe Titij, an ſufficiat de per ſe ad puniendum de adulterio Semproniũ abſque alijs probationibus?

1 PHILIPPVS Ramirez miles grauis armaturæ inquiritur ad quærelam Ildephonſi Turpini cõmiſiſſe raptum & adulterium in perſonam Catherinæ de Emanuel eius prætenſam vxorem. Pro qua cauſa fuit condemnatus ad mortem in contumaciam à Curia Status Mediolani, & dum ad inſtantiam illius fuiſſet carceratus ſimul cum dicta Catherina in Ciuitate Troyæ, inſtetit dictam

M con-

condemnationem Status Mediolani executioni mandari, vel ſaltim in Regia generali audientia exercitus procedi cõtra eum vſque ad pœnam à iure contra talia facinora ſtatutam; & quidem iuſtitiam petere videbatur ex ſequentibus.

2 Primo, nam certiſſimum eſt in facto dictam Catherinam eſſe vxorem dicti Ildephonſi quærelantis, prout ipſa Catherina fatetur in ſua depoſitione, cuius confeſſionem probare, & ei ſtandum eſſe probat gloſ. verb. confeſſionem. in cap. ſuper. de eo qui cognou. conſanguin. vxor. ſuę, quia confeſſus in iure pro iudicato habetur. l. vnica. C. de confeſſ. l. 1. ff. eodem. iuncta l. certum. eodem titul. maximè quando agitur de probando crimine adulterij, quo caſu ex ſola vxoris confeſſione fit ſeparatio. text. eſt elegans & expreſſus in cap. ex litteris. de diuortijs omnino videndus. ergo cum dicta Catherina confeſſa ſit ſe vxorem eſſe dicti Ildephonſi, & adulterium commiſiſſe cum dicto Philippo, neceſſario venit puniendus pœna mortis naturalis, de quà in l. caſtitati. l. quàuis. C. ad leg. Iul. de adulter. & l. tranſigere. C. de tranſact. cum his quæ adduxi in dicto libro meo diuerſ. quæſt. 3. par. quæſt. 5. à nu. 7. cum ſequentibus.

3 Secundo, nam inficiari non poteſt dictum Philippum tanquam adulterum & raptorem fuiſſe per Curiam Status Mediolani ad mortem condemnatum, vt ex ſententia in actis præſentata: quæ quidem probat in hac generali audientia exercitus; acta enim in vno iudicio facta, faciunt fidem in alio maximè quoad eaſdem perſonas. l. Iulianus. ff. de except. rei iud. ibi *Iulianus libro 3. digeſt. reſpondet exceptionem rei iudicatæ obſtare quoties eadem quæſtio inter eaſdem perſonas reuocatur*. l. fin. C. de re iudic. ibi *geſta quæ ſunt tranſlata in publica monumenta, habere volumus perpetuam firmitatem: neque enim perire debet publica fides*. Ex quibus & alijs hanc ſententiam probaui in libro meo diuerſ. q. par. 2. quæſtione 36. à numero 5. vbi ad contraria reſpondi à num. 8.

ergo

ergo dicendum eſt prędictum Philippum puniendum eſſe vt adulterum & raptorem.

4 Sed his fundamentis non obſtantibus contrarium mihi viſum fuit. Primo nam dicto Ildephonſo nulla competit actio quærelandi, cum non ſit eius vxor prædicta Catherina, quod probatur contrario non probato. argum. l. qui accuſare. C. de edend. l. 2. l. fruſtra. C. de probation. l. ſiquidem. C. de exception. non enim teſtibus probauit, neque inſtrumenta præſentauit, ex quibus deduci potuiſſet huiuſmodi matrimonium fuiſſe contractum inter præfatum Ildephonſum, & Catherinam: ſed tantum reperitur in actis quędam Summi Pontificis diſpenſatio ad huiuſmodi matrimonium contrahendum, quæ neque ſuum ſortita fuit effectũ, neque ordinario fuit præſentata: quia ſi præſentata fuiſſet, vtique penes ipſum ordinarium remanſiſſet, prout de iure requiritur. & ſicut præſentauit quandam chartulam monitionum, vtique aſportaſſet decretum, ſeu eius copiam & fidem de matrimonio contracto ſubſcriptam à Parocho & teſtib. iuxta tradita per Caputaquen. deciſ. 205. & Farinac. deciſ. 434. num. 1. & deciſ. 341. num. 1. par. 2. tom. 1. Secundum diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini ſeſſione 24. cap. 1. de reformat. matrim.

5 Neque quidquam obſtat confeſſio dictæ Catherinæ aſſerentis coniugem eſſe dicti Ildephonſi, per quam videtur probari huiuſmodi matrimonium. ex dictis ſupra num. 2. hoc enim debet intelligi in terminis, in quibus matrimoniũ reperitur, ſcilicet initiatum, ſed non perfectum. argumen. eorum, quæ dicuntur de confeſſione facta non præcedentibus inditijs. per Maſcard de probation. lib. 1. concluſ. 352. num. 6. & argum. text. in l. 1. §. ſi quis vltra. ff. de quæſtion. Imo tanquam facta coram Iudice incompetenti non habente iuriſdictionem, neque aliam poteſtatem in litteris cõmiſſionalibus, præterquam ipſos carcerandi, & tanquam erronea poſtea reuocata, cum contrarium clarè appareat ex ſcripturis præſentatis per dictum

M 2

ctum Ildephonſum, vt ſupra diximus num. 4. neque probat, neque eſt habenda ratio de illa. ex doctrina Foller. in ſua practica crimin. verbo. & ſi confitebuntur. numero 3. & 4.

6 Requiritur enim, vt confeſſioni ſtetur, quod ſit veriſimilis: alias enim non nocet. cap. quia veriſimile. de præſumptionibus. l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. l. ſi ita quis. verſic. quod nemo ſanus diceret. ff. de euiction. & probabilis, & ſic ante omnia debet conſtare de corpore delicti, hoc eſt de matrimonio contracto, vt ex infinitis probat Foller. ſupra num. 34. quæ requiſita in caſu noſtro deficere conſtat. Tum ex defectu probationum dicti Ildephonſi, tum etiam ex ſcripturis per eum præſentatis. & licet non probetur cōtrarium ex dictis ſcripturis, ſufficit quod in eis non contineatur tantum, quantum in ipſa confeſſione fuerit dictum, vt erronea iudicetur. vt optime probat Bertazz. conſ. 53. num. 1. & ſequent. & conſilio 199. num. 13. & conſil. 242. num. 16. lib. 1. neque me latet doctrina Couar. de ſponſal. 1. p. cap. 4. §. 1. num. 4. dicentis confeſſioni illius, qui contendit matrimonium eſſe contractum, ſtandum eſſe. ex gloſ. verbo euaſiſſe. in cap. atteſtationes. de deſponſat. impub. quā dicit ſingul. Abb. & Roman. ſingul. 614. Sed hæc concluſio non eſt omnino recipienda, vt ipſe Couar. fatetur ibi, non enim vendicat ſibi locum quando eſſet in contrarium præſumptio aliqua, & in hoc plurimum valere Iudicis arbitrium tenent Hoſtien. Abb. & Præpoſ. in d. cap. atteſtationes, & Brunell. in tractatu de ſponſal. quæſt. 29. & facit elegans doctrina gloſ. quam ita intelligunt Hoſtien. Abb. & DD. in cap. penult. de rapt. ex qua conſtat confeſſioni in præiudicium matrimonij ſtandum eſſe, quando fit ab vtroquè coniuge, & eam fama coadiuuat. quæ gloſ. determinat caſum noſtrum, cum eſſet in præiudiciū matrimonij ſi ſtaretur confeſſioni vxoris dicentis fuiſſe contractum: ſiquidem ex eo probaretur adulterium, & induceretur diuor-

tium

tium & thori ſeparatio. ex toto titulo de diuort. quare cum fuerit confeſſio ſolum vxoris coram incompetenti facta, & coram competenti reuocata, erronea non continens ea, quæ in ſcripturis præſentatis continentur, & nō fuerit probata fama, rectè concluditur illi ſtandum non eſſe, & conſequenter matrimonium non probari fuiſſe contractum inter dictum Ildephōſum & Catherinam.

8 Nequè huic reſolutioni obſtat textus difficilis in d. cap. ex litteris. de diuort. ſupra num. 2. adductus. ex quo apparet, quod ex ſola confeſſione vxoris dicentis ſe adulteriū commiſiſſe, ſeparatur thorum, vnde aduerſus matrimonium ſufficit ſola vxoris confeſſio. Nam reſpondetur fuiſſe geminatam confeſſionem, vt conſtat ex text. verbis ibi, *cumquè diligentius à te fuiſſet admonita ne ad ſuggeſtionem alicuius illud tam turpe contra ſe apponeret, ipſa id manifeſtius adſcribat*; hic autem non geminata; ſed ſimplex, & poſtea reuocata, tanquam erronea, fuit, & ita non probat, neque ei ſtandum eſt ex ſupra dictis.

9 Cum igitur matrimonium fuiſſe contractum inter præfatos Ildephonſum & Catherinam non conſtet. neceſſario ſequitur dictum Philippum adulterium non commiſiſſe carnaliter cognoſcendo dictam Catherinam. Adulterium enim eſt alterius thori, ideſt matrimonij violatio. cap. lex illa. verſiculo adulterium. 36. quæſt. 1. l. 6. §. lex. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. inter ſtuprum. ff. de verbor. ſignificat. & probat Hoſtienſ. in ſumma titul. de adult. num. 1. Couarr. in 4. 1. part. cap. 1. num. 8. & Petrus Gregor. lib. 36. ſintagm. cap. 6. num. 2. cum pluribus alijs ab eis adductis.

10 Si quis autem ſubtiliter dixerit ex Bulla diſpenſationis in actis præſentata, ſaltim probari ſponſalia de futuro, quod ſufficit, ad hoc, vt conſtito, (prout conſtat in facto) dictū Philippum carnaliter cognouiſſe præfatam Catherinam, probatum etiam ſit adulteriū. ex l. ſi vxor. 13. §. diui. & §. ſi minor. ff. ad legem Iul. de adulter. & l. propter. C. eodem ait enim

enim Vlp. in d. §. Diui. *Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt etiam in ſponſa hoc idem vindicandum: quia neque matrimonium qualecunquè, neque ſpem matrimonij violare permittitur.* Reſpondetur iura illa intelligi verè de ſponſa de futuro, quidquid DD. difficultatem iſtam ſubterfugere cupientes, in cõtrarium velint. quo modo enim de ſpõſa de præſenti poſſunt intelligi verba. d. §. ſi minor ibi. *Si minor duodecim annis* ex d. l. propter ibi: *propter violatam virginem adultam, qui poſtea maritus eſſe cœpit.*

10 Verum ea accuſatio permittitur ibi marito, qui poſtea fuit, non quia ante contractũ matrimonium per verba de præſenti adulterium committatur, vt docet gloſ. verb. Mœchus. in cap. quidam deſponſauit. 27. q. 2. contra gloſ. verb. ſponſam. in cap. quemadmodum. de iureiuran. non enim violatur alterius thorum, cũ non competat ſponſo ius accedendi ad ſponſam de futuro ante coniugalem conſenſum expreſſum vel tacitum, quapropter non poterit criminaliter de adulterio accuſari. ex tex. in d. l. ſi vxor. §. ſi quis vxorẽ. Sed quia iniuria atrox ſponſo infertur propter ſpem matrimonij. l. item apud labeonem. §. ſponſum. ff. de iniur. quam ipſe poteſt vindicare, quemadmodum vindicare poſſet iniuriam ſponſę illatam ob eandem ſpem matrimonij. l. item apud labeonem. §. ſponſam quoquè. ff. de iureiurand. & ita probat. ex plurim. Cou. in 4. 1. part. cap. 1. à num. 6: cum ſequenti. ita intelligendum eſſe dicens text. in d. §. Diui. & §. ſi minor. & obiter animaduerto pro tyronibus, quod licet fiat diuortium, ſi ſponſa de futuro fornicetur: quia nondum erat matrimonium. cap. ad diſſoluendum de deſponſ. impub. non tamen cogitur vir eam in vxorem ducere. ex c. quemadmodum. cũ alijs de iureiurando.

11 Sed melius ad rem noſtrã, dato & non conceſſo, quod aliqua eſſet ſuſpicio matrimonij, plenè probatum eſt in facto Catherinam ipſam quando eam carnaliter cognoſcere cępit Philippus, publicam fuiſſe meretricem, in qua neque adulterium poteſt cõſiderari,

ne-

neque raptus. l. 1. C. de rapt. virg. vbi gl. ver. virginum. Cin. num. 6. Bart. in l. verum. num. 3. ff. de furt. Boſſ. in tit. de raptu. num. 1. Cou. lib. 3. var. cap. 14. num. 3. Peguer. deciſ. crim. 43. num. 14. Farinac. quæſt. 145. in §. meretrix. à num. 153. maximè cum ipſa fateatur non ſolum ſua ſponte diſceſſiſſe, Imo depræcatam fuiſſe. d. Philippum vt ipſam ſecum duceret. ſecundum Alber. in l. 1. C. de rapt. vir. nu. 14. Paul. de Caſtr. in l. raptores. C. de epiſc. & Cler. num. 2. Bermon. de publ. concub. in rubr. de ſtupro. num. 28. quos refert & ſequitur. Farinac. vbi ſupra. num. 165.

12 Neque aliqua eſt habenda ratio de pretenſa ſententia forjudicationis curiæ ſtatus mediolani. Clarum eſt enim iudicem vnius territorij non poſſe exequi ſententiam alterius, niſi cum cauſæ cognitione, & cognito quod ſit ritè & rectè lata, & legitimis inditijs & probationibus præcedentibus. vt probat. Iul. Clar. quæſt. 54. in fin. dicens ita deciſum fuiſſe in Senatu Mediolani. & q. 96. num. 9. Bal. in l. executorem. num. 3. C. de execut. rei iudic.

13 Neque ſententia ſola abſquè proceſſu & probationibus facit fidem de crimine quoad iudicem alterius territorij. ex Bald. in auth. Clericus. C. de epiſc. & Cler. num. 11. Ruin. conſ. 124. in princ. lib. 5. Cartar. de execut. ſenten. cap. fin. num. 1. & ſeq. Quod adeo verum eſt, vt nequè inditium faciat ad torturam ſententia lata per iudicem vnius territorij in alio, etiam ſi ſint ſubiecta vni Principi, ſi diuerſis præſidibus ſunt ſubiecta. ex Clar. vbi ſupra. & Farin. queſt. 11. num. 61. & 75. Afflict. in conſt. regni humanitatem. nu. 44. Foller. verb. & ſi confitebuntur. num. 26.

Quibus omnibus rectè cũ facto calculatis ſub die 23. Februarij 1620. fuit per me interpoſitum decretum quod prædicti Philippus & Caterina liberentur in forma, & pro illius executione fuerunt excarcerati.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fama, quæ ortum & originem habuit à maleuolis & inimicis, ab offenſo, & eius conſanguineis, nullum operatur effectum. & num. 2.*

3 *Negatiua coarctata loco & tempore legitimè probata, affirmatiuæ præfertur.*

4 *Iniuria alicui illata, videtur etiam illata ſocio itineris.*

5 *Auxilium cooperatiuum inducit appenſamentũ ad delictum, & coadunatio ad id principaliter facta, & quod aliter delictum patrari non potuiſſet.*

6 *Mandatum in delictis, ex quibus inducatur, quando non conſtat de eo?*

7 *Iniuria facta conſanguineo vltrà quartum gradum non eſt efficax ad inducendam inimicitiam; quæ inditium producat contra aliquem.*

8 *Ex non ſolutione non præſumitur inimicitia capitalis.*

9 *Allocutio ſequuta cum delinquente non inducit inditium ad torturam, niſi præcedat inimicitia Capitalis inter offenſum & alloquentem.*

10 *Inditia remota debent concludenter probari per duos teſtes.*

11 *Si alicui fuit mandatum vt occideret Titium, & ipſum occidit propter inimicitiam capitalem, quam cum ipſo Titio habebat, mandans an teneatur de homicidio?*

12 *Spontanea comparitio maximum innocentiæ inditium eſt.*

DISPVTATIO XVI.

Quæ inducant mandatum occidẽdi? & quomodo probentur ad puniẽdum delictum?

IN cauſa homicidij in perſonam Ioannis Ferdinãdi Tudeſchi non apparet in proceſſu aliqua particularis inquiſitio contra Donatum Perota, an ſcilicet inquiratur tanquam principalis occiſor? an tanquam auxiliator? an verò tanquam mandator? Sed inquiritur generaliter vti inculpatus: ideoque pro omnibus dictis inquiſitionibus, quibus offendi poteſt, eum debere liberari ex ſequentibus probatur.

Primo

1 Primo tanquam principalis occiſor moleſtari non poteſt: ad id enim nullum aliud inditium, ſeu probatio eſt in proceſſu, præter aliquos teſtes de auditu & fama publica. quod quidem inditium de per ſe eſt vanum & fallax: quia vt plurimum habet originem à perſonis, quæ nocere cupiunt. Secundum Hyppol. de Marſil. in pract. criminal. §. diligenter. nu. 18. quod adeo verum eſt, vt tortus ex ſola fama, confeſſus & ratificatus, non poſſit condemnari. idem Hyppolit. ſingul. 97. num. 2. Bald. conſil. 275. colum. 1. volum. 1. Ad hoc enim, vt huiuſmodi inditium famæ aliquid operetur, plura interuenire debent requiſita. quæ refert Foller. in practic. verb. dentur Capitula, quod ſuffocauit vxorem à num. 28. Inter quæ illud eſt potiſſimum, quod videlicet fama publica habeat originem à perſonis fide dignis, & non ſuſpectis. iuxta tex. in cap. qualiter & quando. el ſegundo de accuſat. ibi, *non quidem à maleuolis, & maledicis, ſed a prouidis, & honeſtis, nec ſemel tantum, ſed ſæpè quod clamor innuit, & infamatio manifeſtat, &c.* Et ita probant per illum text. Bart. in l. de minore. §. pluriũ. num. 18. & ibi Alexander in addit. littera B. in fi. de quæſt. Dec. poſt alios in cap. veniens. de teſtib. num. 39. Gand. in rubr. à quo, vel à quibus poſſit fama incipere. num. 8. & 9. Pariſ. conſil. 67. num. 106. & 109. libro 3. Natt. conſilio 473. num. 17. lib. 3. & Foller. vbi ſupra num. 35. vbi infert ad famam, quæ ortum & principium habuit à maleuolis & inimicis ab offenſo, ſeu eius conſanguineis, vel affinibus. quo caſu nullum operetur effectum. argum. text. in l. miles. §. mulier. ff. ad legem Iul. de adult.

2 Vnde cum Donatus in ſuis defenſionibus per plures teſtes probauerit dictam famam publicam habuiſſe originem à fratre occiſi, & eorum matre, nullum operari poſſe effectum famam illam vt fateamur neceſſe eſt; ſi credimus Foller. vbi ſupra num. 38. Corr. in practica titulo de teſtib. §. dicta teſtium aſſumendo. num. 54. in princip. Horat. Lut. inter conſil. crimin.

diuerſ. conſil. 161. num. 32. volum. 1. Barth. Guir. conſil. 160. num. 10. eodem volum. Franc. Maria de Plotis. conſil. 65. num. 31. eodem volum. Turrius conſ. 83. n. 47. vbi de communi teſtatur lib. 1. eorundem conſ. & conſ. 91. num. 5. & 92. num. 9. Brun. conſil. 115. num. 45. dicto lib. 1. cõſil. criminal. diuerſor. Clar. quæſt. 6. verſic. ſed quid ſi. ad medium, vbi quod ita omnes fatentur, dicit cum alijs ab eis relatis.

3 Præterea idem Donatus in ſuis defẽſionibus per quatuor aut quinquè teſtes probat legitimè & concludenter negatiuam delicti coarctatam loco & tẽpore, quæ maximè efficaciæ eſt: ita quod dato caſu, quod adeſſet affirmatiua delicti contra dictum Donatum, adhuc veniret excludenda: cũ illi præferatur dicta negatiua. ſecundum Felin. in cap. in noſtra. à num. 5. de teſtib. Abb. in cap. bonæ. num. 13. de elect. optimè Afflict. deciſ. 324. num. 10. Franc. Marc. deciſ. 266. in fin. Vnde neceſſario tanquam principalis occiſor venit abſoluendus d. Donatus.

4 Secundo neque tanquam auxiliator debet moleſtari: Auxilium enim conſideratur aut ante delictum, aut in delicto, aut poſt delictum. ſecundum Menoch. de arbitr. caſu 349. num. 2. De auxilio ante delictum & poſt delictum verbũ nullum in proceſſu contra dictum Donatum. De auxilio autem in delicto, quod ſolet appellari cooperatiuum, ſolus vnus teſtis dicit tempore delicti propè locum ipſius vidiſſe duos homines armatos, quorum vnus apparuit ſibi eſſe dictum Donatum, qui teſtis præterquam eſt vnicus, & ſingularis, eſt inſuper vnus ex his, qui aſſociabatur dictũ occiſum delicti tempore, & tractat de ſe exonerãdo, vtens verbo, *me parecio*. cui vltra quam quod obſtat ſupradicta negatiua coarctata loco & tempore, nulla eſt fides adhibenda: quia iniuria illata alicui, videtur etiam illata ſocio itineris. vt ex gloſ. ſingulari in l. item apud labeonem. §. tenetur. ff. de iniur. & alijs probat Grammat. deciſ. 25. numero 2.

5 Et dato (abſque veri præiu-

iudicio) quod ipſe qui vnicus eſt teſtis, fidem faceret, non poteſt præfatus donatus moleſtari tanquam auxiliator: nam ad hoc plura requiruntur, præcipuè apenſamentum ad delictum, coadunatio ad id principaliter facta, & quod aliter delictum patrari non poteſt. ſecundum Foller. in practica verſic. capiat informationem. à num. 69. cum ſequentibus. Menoch. vbi ſupra numero 7. Petr. de Anchar. conſil. 216. ex l. 3. §. homines. ff. vi bon. rapt. quos refert & ſequitur Gram. vbi ſupra num. 3. cum ſequentibus.

6 Tertio, neque tanquā mandator: quia percunctato toto proceſſu non reperitur in eo verbum etiam minimū quod poſſit dictum mandatum indicare. Ego autem pro fiſco nonnulla in facto pōderabam, ex quibus in iure induci mandatum contra dictum donatum videtur. Primo inimicitiam inter dictum Donatū, & dictum occiſum, ex eo quod dictus occiſus carnaliter cognoſcebat Camillam Cicerchiam conſanguineam homicidarum, cum quibus dictus Donatus habet etiam parentelam. Secundo, quod dictus Donatus ante inſultum nō ſalutabat dictum occiſum, imo paulo ante delictum ſecreto alloquutus fuit cum vno ex occiſoribus. Tertio denique, quod dictus Donatus minatus fuerit occiſum ex eo quod iniuriauerat vxorem ſuam.

Ex quibus mandatū induci probat Bart. in l. ſi ventri. §. fin. nu. 1. ff. de priuileg. cred. cuius opinionem dicit eſſe communem. Placa libro 1. delictorum. cap. 14. poſt num. 5. verſ. his ſanè præmiſſis.

7 Sed ſalua pace tantorum virorum, ego contrarium verius & ſecurius exiſtimo. Tum quia parentela vt aliquod inducat inditium, debet probari eſſe intra quartum gradum: iniuria enim facta conſanguineo vltra quartum gradum non eſt efficax ad cauſandam inimicitiam, & vindictam iniuriæ conſanguineis factæ. vt per Bald. conſil. 137. libro 3. quem refert Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 262. nu. 2. Dec. in ſuo tractat. crimin. par. 1. lib. 3. cap. 25. numero 17. quos refert & ſequitur

Farinac. quæſt. 49. num. 35. contra Bondc. conſil. 54. n. 13. lib. 2. inter conſil. crimin. diuerſ.

8 Tum etiam quia ex non ſalutatione non præſumitur inimicitia capitalis. ex Marſil. in l. 1. ſ. præterea. ff. de quæſt. nu. 12. & 55. & 56. Maſcard. de probation. libro 2. concluſ. 898. num. 25. & 42. & dato, (quod omnino negatur) quod eſſet capitalis, ſolum induceret inditium ad torturam. ex communi, quam ex plurimis refert & ſequitur Farinac. quæſt. 49. num. 101. & pluribus exornat Honded. conſil. 107. num. 32. iuncto num. 18. & ſequen. vbi plures alios refert, volentes, quod non quælibet indignatio, ſeu quodlibet odium faciat inditium ad torturam, ſed illud tantum, quod ex vrgentiſſimis cauſis prouenerit.

9 Neque ex dicta ſecreta allocutione dicti Donati cum occiſoribus paulo ante delictum, inducitur mandatum quidquid dicat Bart. & Placa in locis ſupra citatis. num. 6. Nam contrarium verius eſſe dixerunt Anton. Auguſtin. conſil. 16. lib. 1. & Ant. Gabr. lib. 7. commun. opinion. concluſ. 2. num. 48. quos refert, & ſequitur Baiard. in additio. ad Clar. quæſt. 89. num. fin. & Farinac. quæſt. 135. par. 2. n. 43. 56. 57. & 58. & 65. Maximè cum ſecreta allocutio cũ delinquente ad hoc, vt inducat inditium ad torturam, neceſſe ſit, quod alloqutor habeat inimicitiam cum offenſo, & illam eſſe capitalem, & ex vrgentiſſimis cauſis ortam. vt reſoluunt omnes DD. hac de re tractantes, vt videre eſt per Anton. Gom. variar. reſol. tomo 3. tit. de homicid. numero 46. Iul. Clar. quæſt. 89. in fine. Maſcard. de probation. concl. 419. num. 4. libro 1. iunctis ſupra adductis num. 8. Quod non interuenit in caſu noſtro, cum inter dictum Donatum & occiſum non fuerit probata inimicitia capitalis, ſed potius leuis & leuiſſima, quæ non debet attendi ex ſupra dictis à num. 8.

10 Neque obſtant minæ, quæ ſupponuntur factæ per dictũ Donatũ dicto occiſo, & quod iniuriauerat eius vxorem: nam ad hoc, vt inditium ex eis oriatur, neceſſario debent probari

bari per duos ſaltem teſtes. vt ex Carrer. in practica 2. tract. de inditio & tortur. §. duodecimum inditium. num. 4. Nouell. in tractat. ad defenſam in p. an inditia pro reo danda ſint num. 78. Bertazz. conſil. 116. num. 18. probat Farinac. quæſt. 50. num. 40. nam omnia inditia remota debent probari per duos teſtes ſecundum gloſ. ſing. verb. vel inditijs. in l. fin. C. familiæ herciſcundæ quam ſequuti ſunt communiter Doctores, quos refert & ſequitur Farinac. de inditijs & tort. quæſt. 37. num. 13. Vnde cum de eis ſolum deponat in caſu noſtro vnus teſtis, qui eſt fœmina, quam in defenſionibus dicti Donati probatur eſſe concubinam occiſi, omnino corruit fundamẽtum Fiſci.

11 Facit etiam in fauorem dicti Donati doctrina elegans Grammat. deciſ. 34. num. 4. dicentis quod ſi alicui fuit mãdatum, vt committeret homicidium in perſonã Titij, & homicida illum occidit ob eius proprium odium, non erit in conſideratione mãdatum, nec mandans tenebitur. Dura eſt doctrina, ſed eam probat ex Cæpol. in ſuis cautelis. cau. 39. Pariſ. de Put. in tractat. ſind. verſic. an ſtetur dicto torti. verſic. An ſi quis mandauit Seio. vt interficeret Cayum. Alex. in addition. ad Bart. in l. fin. in 4. apoſtilla. ff. de quæſt. Ergo cum ex actis conſtet inimicitia capitalis inter occiſum & homicidas: quia eorum conſanguineam carnaliter cognoſcebat, vt probatum extat, neceſſario venit excludendus à dicta inquiſitione donatus prę dictus.

12 Deniquè non obſtat abſentatio dicti Donati poſt cõmiſſum delictum, quæ exceſſiuè ſuperatur cum eius ſpontanea comparitione, per quam alia vrgentiora inditia (ſi eſſent) purgarentur. Eſt enim ſpontanea comparitio maximum Innocentiæ argumentum. vt probat Cæpoll. conſil. 31. nu. 8. inter conſil. criminal. quem & alios refert & ſequitur Foller. in practica crimin. verbo & ſi compareant ante contumaciam. num. 1. & Gramm. conſil. 61. num. 4. & conſil. 29. num. 32. qui refert dicto. num. 4. ſponte præſentatos nõ poſſe

poſſe carcerari. ex ritu Magn. Cur. Vic. propter innocentiã, quam inducit ſpontanea comparitio.

Quare ſub die. 15. Aprilis. 1620. fuit per me dictus donatus liberatus in forma. & ita fuit exequutum & ipſe cum cautione in forma excarceratus.

SVMMARIVM.

1 *Obtruncans dentibus narem mulieris, qua pœna veniat afficiendus?*

2 *Teſtibus in defenſionibus examinatis, & diſcordantibus in facto à principali, non eſt fides adhibenda.*

3. *Teſtes minores.* 14. *annis nihil probant.*

4 *Confeſſio rei quod verberauit, vel occidit aliquem ad ſui defenſionem, tenetur illud probare: alias venit condemnandus tanquam confeſſus pro homicidio, vel verberibus.*

5 *Pœna delicti nulla data opera, neque præcedente dolo, ſed calore iracundiæ facti, minoratur.*

6 *Amor ebrietati æquiparatur, & amore captus furioſus dicitur.*

7 *Iudex in pœnis arbitrarijs mitiorem imponere debet pœnam.*

8 *Verus intellectus conſtitutionis ſi quis aliquem. de percuſſione illicita cum armis. traditur.*

DISPVTATIO XVII.

Propriam concubinam, proprijs manibus ſeù dentibus deformem in facie efficiens, qua pœna ſit efficiendus?

1 INQVIREBATVR Octauius Varaualle de verberibus cum baculo, & mutilatione & obtruncatione naris dentibus proprijs facta, in perſonam Leandræ de Micillo eiuſdem Octauij concubinæ, de quibus conuictus & confeſſus eſt, licet confeſſio ſit cum qualitate quod ipſa Leandra ipſum prouocauit verbis iniurioſis & contumelioſis vulgo *Cornutone*, & ipſum cum baculo percuſſit. Quæritur qua pœna veniat afficiendus Octauius?

Et tam ex parte fiſci quam

dictæ Leandræ videbatur dicendum pœna ordinaria; Tũ amputationis manus ex eo quod ipſam veberauit cum baculo cum ſanguinis effuſione ex cõſtit. Regni ſi quis aliquem de percuſ. illicita.& ibi. Afflict. num. 1. tum etiam alia corporali veluti triremium arbitrio iudicis ob naris obtrũcationem.ex ſententia Afflict. in cap. 1.quibus ex cauſ. feud. amitat. num. 21. Menoch. de Arbitr. caſ. 263. num. 3. Eſt enim atrox iniuria quæ inducit deformitatem notoriam. ex tradit. per Gomez. in lib.3. variar. tit. de delictis. cap. 6. num. 12. Roman. conſ. 278. Plac. lib. 1. de delict. cap. 3. num. 36. quos refert & ſequitur. Baiard. in addit. ad Clar. in §.iniuria.num.44.verſ.item adde ſi tali iniuriato. & colligitur. ex l. Prætor ædixit. §. ſi. iuncta. l. ſeq. ff. de iniurijs. & §. atrox. inſt. eodem.

2 Et quia in defenſionibus dictus Octauius probare intendit fuiſſe prouocatum re & verbis à dicta Leandra, itaut ad ſui honoris & vitæ defenſioné fuerit coactus tali morſu ab illa ſe liberare: pro parte dictæ Leandræ dicebatur teſtibus in defenſionibus examinatis nullam eſſe fidem adhibendam: quia diſcordant à principali circa factum.ex doctr. Bald. in l.2. §. creditum.ff. ſi cert. pet. & ibi. Paul. de Caſtr. num. 8.gl.in cap. cum cauſam. de teſtib. idem. Bart. in l. eos qui. num. 5.ff.ad leg.Corn. de falſ. Bal. in l. data opera. C. qui accuſare non poſſunt. & Iaſſ. in l. cætera. §.hoc ſenatus n ſi. num. 12. ff. de legatis primo.

3 Præterea ex parte dictæ quærelantis dicebatur non obſtare quod tres teſtes ex examinatis per regium fiſcum ſint minores,ex quo nihil fuiſſe probatum dicendum videbatur. ex l. minor. ff. de teſtib. cum adductis. à Bal. in cap.in nomine domini. num. 15. de teſtib. Soc.conſ. 29. num. 14. lib. 2. & Innoc. in cap. licet vniuerſis.de teſtib. numero. 3.

4 Nam præterquam quod dictorum trium teſtium minorum dicta conteſtantur per ali uteſtem fiſci omni exceptione maiorem, confeſſio ſola inquiſiti ſufficit vt debita pœna ordinaria puniatur

Octa-

Octauius. Confeſſio enim rei quod verberauit vel occidit aliquem ad ſui defenſionem, fundat intẽtionem fiſci, adeoquè ipſo inquiſito non probante feciſſe ad ſui defenſionem prout in caſu noſtro. ex dictis ſupra. num. 2. debet ſequi condemnatio. ex doctr. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de liberat. legat. Bald. in l. ſi filius. §. in except. ff. de interrogat. act. & in l. 1. C. de confeſ. & in conſ. 245. Abb. poſt gl. in cap. cum veniſſent. de inſtitutionibus. cũ alijs ab eis adductis.

5 Pro parte autem aduerſa dicebatur dictum Octauium venire abſoluendum, vel ſaltim puniendum pœna arbitraria leuiſſima. Primo quia prædicta naris obtruncatio & digiti morſus, euenit caſu fortuito nulla data opera, nequè præcedente dolo, ſed in rixa à dicta Leandra mota iniuriando dictum Octauium vt ſupra diximus. quo caſu pœnam minorandam eſſe ſatis colligitur. ex l. prima. C. de Siccar. l. iniuriæ. ff. de furt. l. 1. §. quæri. ff. ad Turpill. & probat latè Tiraq. de pen. temper. cauſ. 1. num. 1. & calore iracundiæ. quo caſu etiam de iure venit pœna minoranda. l. 2. C. de abolit. l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœn. ibi: *cum quis per iram ab extraneo pulſatus*. cap. ſi quis ira. 12. quæſt. 3. Imo iram iſtam excuſare à culpa. probat gl. in l. quidquid. ff. de reg. iur.

6 Secundo nam vt ex actis conſtat, amore dictæ Leandrę eius concubinæ captus dictus Octauius, nolebat vt ipſa Neapolim adiret. Vnde prouenit iniuriaſſe eidem Octauio, & ipſum cum roncha inſultaſſe, & inde dictum Octauium illius narem dentibus obtruncaſſe. Cum igitur amor ebrietati æquiparetur. vt ex illo eccleſ. cap. 19. ibi: *vinum & mulieres apportare faciunt ſapientes*. & princ. inſt. de ſucceſ. ſubl. probaui ego in lib. meo diuerſ. quæſt. p. 3. quæſt. ſi. num. 2. Imo amore captus furioſus dicatur. in auth. quib. mod. nat. effic. legit. §. illud. coll. 6. rectè ſequitur quod licet impunitus remanere non debeat Octauius, ne detur occaſio delinquendi, mitiori veniat puniendus. ex his quæ ego reſolui vbi ſupra. num. fin.

Cum

7 Cum itaque pœna iſtius delicti ſit arbitraria. ex his quæ ſupra diximus. num. 1. & iudex in arbitrarijs in mitiorem partem inclinare ſe debeat. ex Alex. conſ. 5. lib. 1. in fin. & Bal. in l. quicunquè in antepen. col. per reg. in pœnis. de reg. iur. in 6. ſub die 5. Nouembris 1619. fuit per me lata ſententia quod dictus Octauius exulet per triennium, & ita fuit exequutum: ambæ etenim partes ſententiæ libenti animo acquieuerunt.

8 Nequè me mouit dicta cõſtitutio ſi quis aliquem: nam præterquam quod illa manus amputationis pœna in deſuetudinem abijt, adhùc in caſu noſtro locum habere non poterat; quia loquitur quando ex propoſito & appenſatè cum baculo quis alium animo iniuriandi percuſſit, quo caſu illa atrox iniuria de iure Regni manus amputatione puniebatur. Qui intellectus colligitur ex dictis per Afflict. ibi à nu. 1. præcipuè à num. 19. vbi concludit quod quando percuſſio fuit facta ſe defendendo (prout in caſu noſtro) non habet locum pœna. d. conſtitut. cum ſit permiſſa. ex vulg. l. vt vim. de iuſt. & iur & colligitur. ex d. Conſtitutione ſi quis aliquem ibi *maleficium*: percuſſio enim ad defenſionem non maleficium dici poteſt. vt optimè. notat. & reſoluit Afflict. d. num. 19. in fin. & ſupra alias dixi. diſput. 8.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*

2 *Tumultui populari cauſam dantes, qua pœna puniantur? & num. ſeq.*

4 *Solitus delinquere grauius eſt puniendus.*

5 *Solitus delinquere dicitur qui bis deliquit.*

6 *Delictorum frequentia aliquando expoſtulat vt iudex excedat iuris limites in pœnis imponendis.*

7 *Inimicitia capitalis reddit inhabiles teſtes ad teſtificandum.*

8 *Inimicitia capitalis quæ ſit relinquitur arbitrio iudicis.*

9 *Teſtes non repelluntur ex eo quod fuerint de criminibus accuſati, niſi fuerint confeſſi vel condemnati, vel infamia ex eis irrogetur eiſdem.*

10 *Negatiua coarctata loco & tem-*

O *pore*

pore reddit inquiſitum innocentem, & excludit omnia inditia.

11 *Teſtes licet minus idonei admittantur ad defenſionem rei, debent eſſe idonei ad repulſam teſtium fiſci.*

Et deciſio cauſæ ponitur.

DISPVTATIO XVIII.

Ex qua inimicitia tollatur ſeu minuatur teſtium fides? & negatiua coarctata quomodo debeat probari?

1 POMPEIVS de Leua fuit inquiſitus in proceſſu tumultus facti inter Italos & Hiſpanos, in quo quatuor teſtes pro regio fiſco examinati deponunt dictũ Pompeium eſſe & fuiſſe vnum ex Italis, qui inſurrexerunt contra milites Hiſpanos. Propter quod fuerunt coacti ferè omnes de commitiua, quæ propè erat in cuſtodia arreptis armis ad liberandum ſuos commilitones illùc accedere. Vnde orta eſt illius populi conſueta vox vulgo *ſerra ſerra* & totius ciuitatis tumultus, quem excellentiſſimus Oſſunẽtiũ Dux tunc Prorex illius Regni ſolus de per ſe totam Ciuitatẽ eques perambulans, ita acquieuit, & pacificauit ſuo aſpectu ſolo, (in quo & iuſtitia & clementia iunctis manibus incedebãt), vt dum de quiete maximè dubitaretur (quia duo fuerunt itali interfecti & plures vulnerati) ſtatim ipſo accedente omnia fuerunt ad priſtinum reducta, tanquam ſi tale non fuiſſet euentum. & dum ad Palatiũ Regium reuerteretur pluſquam bis mille populares ipſum commitati ſunt: ipſe enim publicè & corã eis (prudenter quidem) Hiſpanos milites inculpabat, ſed non ex eo deſinit ſuo tempore iuſtitia mediante, ad tanti criminis punitionem procedere, tam contra Hiſpanos, quam contra Italos, & ita fuerunt alij ad triremes ad vitam, alij ad tempus miſſi ſecundum cuiuſuis cauſæ merita.

2 Et dum ad expeditionem cauſæ præfati Pompei accederem auditis partibus & fiſco, dubitaui an eſſet aliqua & qua

pœna

terat puniendum quidem eſſe pœna ſaltim triremium: cum vt ſupra dixi, reperiatur conuictus fuiſſe vnum ex his, qui cum armis inſurrexerunt contra milites Hiſpanos, vnde ortus fuit totius Ciuitatis tumultus.

3. Nam licet tumultum popularem facientes pœna capitis plectendos eſſe conſtet ex l. 1. cum vulg. C. de ſedit. l. aut facta. §. 1. ff. de pœn. l. 3. §. ſi quis auctor. ff. de Siccar. Id tamen intelligendum eſt quando tractatus præceſſit tumultum, ſeu ſeditionem: nam ſi accidentaliter eueniat, mitius veniunt puniendi tumultuantes, vel tumultui cauſam dantes. vt in facti contingentia conſuluit Iaſ. conſil. 167. libro 4. & Dec. conſil. 256. & Grammat. voto 19. num. 16. vbi ita fuiſſe deciſum in Magn. Curiæ Vicariæ, & confirmatum in Collaterali conſilio affirmat. num. fin. Capic. deciſ. 130. n. 6. Menoch. de arbitr. caſ. 266. num. 4. & 5. ex Bald. omnino videndo in l. 1. §. huius ſtudij, num. 6. ff. de iuſtitia & iure. Idem Menoch. caſu 364. num. 92. in fin. qui caſu 437. inquit prudentem & iuſtum Iudicem pro qualitate perſonæ, & excitatæ ſeditionis pœnam arbitrari debere; itaut ob loci & temporis qualitatem, conditionemquè, in ſeditioſos grauius, vel leuius animaduertendum ſit, & augenda vel minuenda pœna. ex ſententia Conr. Brun. in tractatu de ſeditioſ. libro 5. cap. 7. & 8.

4. Ex quibus attento proceſſu informatiuo prædictum Pompeium ad triremes ad tempus condemnandum fore exiſtimabam, cum vere tumultui cauſam dediſſet accidentaliter. Nequè contentus eram pœna exilij quam impoſuiſſe Magn. Cur. in caſu ſimili rèfert Grammat. dicto voto 19. num. 16. & 17. quia ſi cum Menoch. dicto caſu 437. in huius criminis pœna imponenda, perſonæ qualitatem attendere debemus, iam in proceſſu apparet dicti Pompei malam vitam, & ex eius perquiſitione apparet pluries de pluribus fuiſſe inquiſitum in Magn. Cur. Vicar. vnde ſuccedit iuris regula ſolitum delinquere grauius eſſe puniẽdum, ex l. 3. C. de Epiſc. aud. l. Ca-

pitalium. §. ſolent. & §. graſſatores. ff. de pœnis. l. 3. verſi plures. ff. de re milit. l. ſeruos. C. ad l. Iuliam. de vi. l. 1. ff. de iure patron. l. 1. C. de ſuperexactor. libro 10. cap. ita nos. 25. quæſt. 1. cap. peruenit. 27. quæſt. 1. per quæ iura hanc ſententiam communiter tenent DD. vt videre eſt per Marſil. ſingul. 378. num. 3. Grammat. voto 17. numero 7. Anton. Gom. titulo de delictis. cap. 3. num. 60. in fine. & in cap. 5. num. 5. Ceph. in authent. ſed nouo iure. num. 93. C. de ſeru. fugit. Clar. q. 21. verſic. fama ſola.

5 Vnde cum ſolitus delinquere dicatur illa, qui bis deliquit. vt ex dicta l. 3. C. de Epiſc. aud. probat conſilium Colleg. Patauin. numero 11. lib. 1. Conſil. criminal. & ex Bald. in d. l. 3. num. 5. probat Ferrante Gargiar. in conſil. 126. num. 66. libro 1. conſil. criminal. diuerſ. & non bis ſolum, ſed pluries deliquiſſe conſtet ex dicta perquiſitione: neceſſario ex eo capite venit imponenda grauior pœna dicto Pompeio pro delicto, de quo inquiritur.

Neque obſtat fuiſſe iam pro delictis contentis in perquiſitione compoſitum & liberatum: nam adhuc habet locum regula numero præcedenti appoſita. ex communi obſeruantia, de qua per Caſſan. in conſuetud. Burg. rubric. 1. §. 5. num. 20. Afflict. in conſtitut. ad legitima pondera. ſub rubr. 25. num. 1. Couar. lib. 1. variar. cap. 10. n. 2. Menoch. lib. 2. de arbitr. caſu 295. num. 19. quos refert & ſequitur Farinac. quæſtio. 23. num. 11.

6 Præterea ſi delicti, & loci qualitatem attēdere debemus, vt arbitrari poſſit pœna contra ſeditioſos, vt voluit Menoch. dicto caſu 437. quis negare poterit grauiſſimam imponendam fore pœnam dicto Pompeio? ait enim Menoch. dicto lib. 2. caſu 575. ex ſenten. Grammat. deciſ. 36. num. 7. & 13. & Bald. in l. fin. in 1. lect. ff. de rerum diuiſ. delictorum frequentiam aliquando expoſtulare, vt Iudex excedat iuris limites, & terminos in pœnis indicendis. An autem huiuſmodi delictū ſit frequens in dicta Ciuitate

Nea-

Neapolis? teſtes ſint ij, qui eandem Ciuitatem habitarũt hoc anno 1622. tempore gubernij Illuſtriſſimi Cardinalis Zapata eiuſdem Regni Pro regis.

Verum percunctato & bene viſo toto proceſſu, inueni in defenſionibus dictum Pompeium duo capita intentaſſe, primum probare teſtes contra eum examinatos eſſe inimicos; & propterea nullam eſſe fidem eis adhibendam. Secundum negatiuam coarctatam loco & tempore, & propterea omnino eſſe liberandum.

7 Circa primum non eſt dubium probaſſe omnes quatuor teſtes fiſci contra eum examinatos eſſe ſuos inimicos, & plures exceptiones patientes, vt ex actis conſtat. Vnde dicendum videtur nullam illis fidem adhibendam fore. ex l. 3. vbi DD. ff. de teſtibus, l. ſi quis. & authent. ſi teſtis productus, C. eod. authent. de teſtib. coll. 7. cap. repelluntur extra de accuſat.

Hæc tamen difficultas tollitur facillimè: nam non omnis inimicitia tollit fidem teſtibus; ſed grauiſſimam & capitalem eſſe neceſſariam probant omnes DD. præcipuè, (ommiſſis alijs) Alber. de Roſſ. in tractatu de teſtib. part. 1. §. ſupereſt. num. 3. Corn. conſil. 101. num. 24. num. 26. & 27. & Bart. in l. 1. num. 5. ff. de his quibus vt indignis. & colligitur ex authent. de teſtib. §. ſi vero quis dicat odioſum. verſic. ſi vero aliter odioſus. coll. 7. Vnde cum non fuerit capitalis inimicitia inter teſtes regij Fiſci & dictum Pompeium, vt ex actis patet; rectè ſequitur eorum depoſitionibus fidem omnino eſſe adhibendam contra dictum Pompeium; & conſequenter tanquam legitimè conuictum eſſe puniendum. iuxta ea quæ ſupra reſoluimus à numero quarto cum duobus ſequentibus.

8 Nulli enim dubium eſt in arbitrium iudicantis relinqui, quæ dicatur inimicitia leuis, vel grauis, ad hoc vt repellat, vel admittat teſtis depoſitionem. ex Innoc. in cap. cum oporteat. de accuſat. Bart. in l. maritus. ff. de quæſt. & ibi Alexand. quos ſequitur Marſil.

in

in l.1.§.1.ff. eodem. & in l. 1.§. Diuus Antoninus.eodem tit. Grammat.conſil.57. num. 9. Iudex autem illam grauem inimicitiam iudicare poterit, quæ ex controuerſia omnium bonorum orta eſt.ex Bald. in l. parentes. C. de teſtibus. Ancharan. conſil. 26. & Barbat. conſil. 3. colum. 11. & conſil. 16. colum.4. in fin.lib.2.Theſaur. deciſ. 61. num. 4. vel ex quærela criminali inter eos mota. ex text. in authen. ſi teſtis productus. verſic. ſi vero dicatur odioſus. C.de teſtibus. iunctis his, quæ adducit Grammat.deciſ.33.num.4.& 5.quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, & ita ex arbitrio Iudicis poteſt quidem iure optimo plena fides adhiberi teſtibus pro Fiſco contra dictum Pompeium examinatis.

9 Nequè prodeſt inquiſito repulſa contra nonnullos teſtes Fiſci, ex quo probauit eſſe aliquibus criminibus attinctos. Cum etſi fuerint inquiſiti teſtes ipſi de diuerſis delictis; tamen non apparet de eis condemnatos, aut confeſſos fuiſſe, & ex eis infamiam irrogari poſſe eiſdem, prout à iure requiritur ad hoc, vt repellantur. Secundum gloſ.notabilem. in cap. ſuper eo. ext. de teſtibus. & probat tex. Singul. & expreſſ.in cap. teſtimonium. eodem tit.cap.1.§.quod ſi ſola. extra de except. l.3.§. lege Iulia. ff. de teſtib. l.athletas. §. calumniator. ff. de his, qui not. in fam. & reſoluunt DD. in dicto cap. teſtimoniū, & in dicto cap. 1. de exceptio. & vltra eos Grammat. dicta deciſ. 34. num. 19. Licet ego vnius ex quatuor teſtimoniū non admitto: quia cum ipſe Pompeius probauerit verbis & factis ad inuicem antea ſe iniuriaſſe, inimicitiam capitalem conſidero inter eos, ſequutus doctrinam Marſil.conſil.2. num. 12. Roland. conſ. 24. num. 28. Riminald. iun. conſil. 211. num. 42. & Iaſſ. qui notandum hoc eſſe dicit in l. Procurator. C. de procurator. in fin. quos refert & ſequitur Baiard. ad Clar. q. 24. num. 31. remanent alij tres, ex quibus tanquam conuictus venit puniendus, vt ſupra.

10 Circa ſecundum caput per dictum Pompeium intentatū in eius defenſionibus, probans

per

per ſex teſtes negatiuam coarctatam loco & tempore, ex qua non ſolum inquiſitus videtur reddi innocens; ſed etiã excludi omnia inditia. ex Bal. in l. optimam. C. de contrahen. empt. Butrig. in cap. ex tenore. de teſtib. & Boſſ. in tractat. de defenſ. reor. n. 24. & 29. Duo conſiderabam, primum non eſſe concludenter probatam dictam negatiuam, ſecũdum minus legitimè probatam.

Ad primum motus nam dicunt teſtes tempore tumultus vidiſſe dictum Pompeiũ ad feneſtram domus ſuæ ſolitæ habitationis vbi præfatum tumultum proſpiciebat; quodquidem nõ excludit delictum, de quo inquiritur. Duo enim conſiderari debent tempora primum in quo ipſe cum ſocijs inſurrexerunt aduerſus duos milites Hiſpanos verbis contumelioſis ipſos iniuriando, & cum fuſtibus & armis ipſos percutiẽdo. Ex quo euenit ſecundum tempus, in quo omnes de commitiua venerunt cum armis in auxilium ſuorum commilitonum, & inde inſurrexit vox illa *ſerra ſerra*. & tumultus totius Ciuitatis. Quo quidẽ tempore Pompeius potuit (prout in effectu fuit) ad domum ſuam fugere & clauſis ianuis ad feneſtram aſcendere; ex qua quis dubitat lapides quidem proieciſſe prout alij vicini. Vnde cum hoc tempus non excludat factum in ſecundo, deficit negatiua illa coarctata; cum verè non ſit coarctata neque loco neque tempore, prout de iure requiritur. ex tradit. per Bal. in l. actor. C. de probat. & conſuluit. Alex. conſ. 42. vol. 4. & probat. Gram. deciſ. 56. num. 4. ex gl. in l. 1. ff. de itin. actuquè priuato.

11 Ad ſecundum notaui teſtes ferè omnes examinatos in defenſionibus eſſe fœminas vt ex actis patet. quæ inhabiles ſunt ad teſtificandum in criminalibus. & licèt hanc doctrinam non habere locum quando teſtificantur ad defenſionem reorum vt hic. dicant. Maſc. de probat. concl. 904. num. 4. lib. 2. Rol. conſ. 57. & Farin. plures referens. quæſt. 59. n. 13. & quæſt. 62. num. 90. Adhuc earum depoſitiones non eſſe admittendas in caſu noſtro

ſtro poximè citata, & quos ipſi referunt Doctores, faterentur ſuper facto conſulti, cum fuerint examinatæ ad repulſam teſtium fiſci: licet enim ad defenſam rei admittantur teſtes domeſtici & conſanguinei & alias inhabiles, non tamen admittuntur ad repulſam teſtium fiſci: quia cum ſit materia odioſa, habiles & idonei eſſe debent. ex Bal. & Salyc. in l. parentes. C. de teſt. cum alijs quos refert & ſequitur. Gram. d. deciſ. 34. num. 14.

Ex quibus attenta facti veritate ex actis deducta, & iuris diſpoſitione iuxta ſupra notata, prædictum Pompeium condemnaui ad exulandum à prouincia per quinquennium. & ita fuit exequutum ſub die 5. Nouembris 1619.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia an poſſit dari mercatori ad negotiandum cum hoc pacto vt capitale ſemper ſit ſaluum, & lucrum æquis portionibus diuidatur?*

2 *Pactum præter naturam contractus, cui adijcitur, factum, valet & tenet.*

3 *Qui mutuo accepit mille vltra mare vehendos, licite poteſt vltra ſortem aliquid recipere in pretium ſuſcepti periculi.*

4 *Si quis mandet alicui pecunias vel merces in naui ſua in Hiſpaniam vel alio vehendas, hoc pacto aut ſi ſaluæ acceſſerint ad portum, certam ſummam habeat in pretium ſuſcepti periculi; ſi vero perierint, quod teneatur emendare damnum, valet contractus & vterquè obligatur.*

5 *Vbi alterius ex ſocijs induſtria non æquiualet pecuniæ in ſocietatem ab alio datæ, rectè datur pecunia hoc adiecto vt capitale ſit ſemper ſaluum, & lucrum diuidatur æquis portionibus, habito reſpectu ad induſtriam & periculum ſuſceptum.*

6 *Pretium operæ & artis eſt velamentum.*

7 *Vera & elegans aſſignatur interpretatio. ad tex. in cap. fin. de vſuris.*

8 *Societas ita coiri poteſt vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & lucrum inter eos commune ſit.*

DI-

DISPVTATIO XVIII.

Pecunia an poſſit dari mercatori ad negotiãdum cum hoc pacto vt capitale ſemper ſit ſaluum, & quod de lucro ſoluatur dimidia pars pecuniæ domino?

1 LICET difficillima videatur ſupra propoſita quæſtio; eius tamen affirmatiuá reſponſio verior & cõmunior mihi videtur. ex ſequentibus fundamentis. Aut enim pecunia illa tradita fuit ex cauſa depoſiti, commodati, mutui, mandati, vel ſocietatis: Sed quomodocunque ſit data, contractus hac conditione adiecta celebratus, valet. ergo dicendum eſt debitorem teneri dimidiam lucri partem creditori ſoluere ſaluo ſemper capitali.

2 Primo quo ad depoſitum & commodatũ minor dictæ propoſitionis probatur; nam pactum præter naturam contractus, cui adijcitur, factum, valet, & tenet. l. 1. ff. depoſit. cap. vn. extra. de commod. ſed pactum illud vt capitale ſaluũ ſit, & de lucro dimidia ſoluatur, non eſt contra, ſed præter naturam contractus commodati vel depoſiti. vt conſtat. ex §. Item is. iuncto. §. praeterea. inſt. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. & per totum; ff. depoſiti. l. 1. & per tot. ff. commodati. ergo validum eſt.

3 Secundo quoad mutuum probatur. Nauticum enim fœnus exerceri poſſe conſtat hoc pacto, vt qui mutuat alteri mille aureos vltra mare vehẽdos, aliquid præter ſortem accipiat in prætium ſuſcepti periculi: promittit enim pecunias illas ſaluas fore. l. 1. l. nihil intereſt. l. periculi. ff. de nautico. fœn. l. 1. & 2. C. eodem. & nihilominus in hoc caſu quod vltra ſortem accipitur, non datur ratione mutui, nec propter vſum pecuniæ, ſed propter iuſtiſſimam illã cauſam, quam in caſu noſtro infra conſiderabimus, nempè ſuſcepti periculi. ergo idem etiam in eo erit dicendum ex

identitate rationis. argum.l.illud. ff. ad leg. Aquil. cum vulg.

4 Tertio quoad mandatum etiam probatur: nam ſi quis det alicui mercatori pecunias, vel merces,& mandet illi vt in Hiſpaniam vel alio in naui ſua vehat, hoc pacto, vt ſi pecuniæ vel merces illæ ſaluæ acceſſerint ad portum, certam ſummam habeat in pretium ſuſcepti periculi; ſi vero perierint, quod teneatur emendare damnum, huiuſmodi contractus valet, & vterque obligatus ad promiſſa remanet. l. in naue ſauphei. ff. locati. vbi notat. Paul. Caſtr. & Alex. in l. à Titio. col. 1. ff. de verbor. oblig. Iaſ. in l.illa ſtipulatio in princ. eod.tit. Anan.in cap. ſi. quæſt. 3. extra. de vſur. Ioan. Lupi. in cap. per veſtras. notab. 6. §. 9. num. 5. de donat. inter. Bal. in l.1.col.4.de ſumma. Trinit. Conrad. de contract. quæſt. 39. concl. 1. Molina in eodem. tract. quæſt. 3. Syluester. verb. vſura. 1. §. 35. Ang.eod. verbo. §. 37. Caiet. verb. in vſur. exterior. verſ. duodecimus caſus. ergo cum eadem ſit ratio in caſu noſtro vt eleganter docet. Molin. ſupra poſt Bal. in l.periculi.& in rub. C. de naut. fœn. Paul. in l. 1. C. eodem. & Ang. ſupra. ſ. 38. ad fin. idem etiam ius debet ſtatui. vt in d.l. illud.

5 Quartò quoad ſocietatem probatur dicta minor propoſitio, nam vbi alterius induſtria non æquiualet pecuniæ, nec iuxta ſocietatis æquitatem alter ſocius, qui induſtria vtitur, dignus eſt dimidia lucri parte, ſed tertia tantum aut quarta, rectè poteſt pecunia 1
dari hoc adiecto pacto vt capitale ſaluum ſit, & lucrum diuidatur equis portionibus: quia negotiatori conſtituitur dimidia lucri pars; non pro induſtria tantum, ſed in pretium ſuſcepti periculi. vt reſoluunt. Ioan. Lupi. ſupra. notab. 6. §. 12. num. 8. & Caret. lib. 16. reſponſion.cap. 11. Nequè ad hoc vt hæc doctrina locum habeat, eſt neceſſe vt illi duo contractus ſocietatis nempè & ſuſcepti periculi ex interuallo & in diuerſa ſcriptura fiat. vt volebat Caietanus d. cap. 11. nam contrarium eſt verius, vt ſcilicet ſufficiat vna ſcriptura ſimul fieri

ri

ri vt eleganter docet doctiſſimus Couarru. libro 3. variarũ reſolution. cap. 2. num. 4. vbi plures hanc ſententiam tenentes refert.

6 Quinto & vltimo quoad ſocietatem etiam probatur ex text. eleg. in l. cum duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſocio. vbi iuriſconſul. docet, quod ſi in coeunda ſocietate artem, operamuè pollicitus eſt alter. (in commune quærendis fructibus) ibi etiam culpam præſtandam eſſe rationem reddẽs ibi, *pretium enim operæ & artis eſt velamentum*, quaſi iuriſconſul. diceret ſocius non ſolum de dolo, ſed etiam de culpa etiam leui tenebitur ſi res periclitetur, etiamſi id pacto appoſitum non ſit; quia de natura ipſius contractus ineſt vt in l. non ob eam. 25. cum l. ſeq. ff. eodem tit. pro ſocio. ergo multo fortius appoſito pacto.

7 Nec ſupradictis in mutuo, & mandato quidquam obſtat text. in cap. fin. de vſuris, cuius hæc ſunt difficillima verba. *Nauiganti vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniæ quantitatem eo quod ſuſcipit in ſe periculum, recepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius eſt cenſendus*. nam ommiſſa reſponſione Molinæ ſupra & Adrian. in tractatu de vſur. cap. occurrunt ad primum. reſpondendum eſt cum Conrado dicta quæſt. 39. Sylu. & Caietan. ſupra textum illum ita debere intelligi, vt cenſeatur vſurarius is, qui nauiganti, vel eunti ad nundinas mutuat pecuniam eo pacto & conditione, vt contractus ſuſcipiendi periculi cum eo fieri debeat; alioquin nõ mutuaturus: quaſi in hac ſpecie ratione mutui & periculi ſimul aliquid vltra ſortem capiatur. Siquidem ratione mutui cogitur alter cum creditore de ſuſcipiendo periculo ſub certa mercede conuenire, quæ conuentio vltra ſortem dicitur deducta in pactum, & ita vſuraria eſt. vt in d. cap. fin. quod longè diuerſum eſt ab ſpecie noſtra, in qua liberè fuit data pecunia ad negotiandum, & debitor cum creditore conuenit ſponte de periculo mutuatæ pecuniæ ſuſcipiendo dimidiam lucri partem, tam pro opera, & induſtria, quam pro peri-

Digitized by Google

culo ſuſcepto, vt ſupra diximus.

8 Nec item obſtat his, quæ de ſocietate diximus, quod ſi principale deberet eſſe ſaluum creditori, inæqualis eſſet ſocietas & Leonina, vt cum iuriſconſ. loquar in l. ſi non fuerint. §. fin. ff. pro ſocio: fieret enim, vt alter ſociorum hoc eſt creditor, nihil ſentiret dãni in pecunia ſua: alter verò ſuæ operæ damnum ferret.

Nam reſpondetur huic obiectioni nihil inæqualitatis oriri ex contractu iſto: licet enim qui pecuniam contulit, eam ſaluam habeat, vt voluit, nihilque lucri factum ſit, cuius dimidiam partem ferat, qui operam & induſtriam interpoſuit; tamen damnum operæ, quod hic patitur, æquatur dãno, quod patitur alter in non vſu pecuniæ. Sicut enim nullum alter ſuæ operæ conſequitur pretium, ſic nec alter ſuæ pecuniæ. & ita à contrario ſi aliquid lucri ortum ſit ex illa pecunia, etiamſi creditor ſaluam ſibi velit, nulla datur inæqualitas: quia eo modo (quo nullo deducto lucro) damnum operæ præſtantis compenſatur cum damno domini pecuniæ ſuæ non vtentis (eo dato) damnum operæ vnius, & pecuniæ non vſus alterius compenſatur facta lucri diuiſione equis portionibus, ſaluo ſemper capitali; vt oſtendere videtur Imperator in §. de illa. verſic. nam & ita. inſtitut. de ſociet. vbi inquit: *ita coiri poſſe ſocietatem, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune ſit, & illud quoquè poſſe conuenire, vt quis lucri partem ferat, de damno non teneatur.* Quæ verba expreſsè noſtram quæſtionem decidunt pro affirmatiua, quam veriorem diximus. & probat. l. ſi non fuerint. §. ita coiri. ff. pro ſocio, vbi: *ita coiri ſocietatem poſſe vt nullius partem damni alter ſentiat, lucrum vero commune ſit Caſij ſententiam ſequutus iuriſconſ. Vlp. reſpondet*, & eius reſponſo moti reſoluunt Hoſtien. & nouiores in dicto cap. per veſtras. de donat. inter. & Corn. cum alijs ab eo relatis. conſil. 196. vol. 3. per tot.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Illuſtriſſimus D. Rector Almi Collegij maioris Hiſpanorum Bononiæ præcedere debet Rectorem Societatis Sanctiſſimi Sacramenti Eccleſiæ Parochialis, ſub cuius diſtrictu extructum eſt Collegium.*

2 *Dignior ſemper eſt præferendus.*

3 *Dignior eſt ille, qui maiorem obtinet dignitatem, amplius munus exercet, pluribus priuilegijs gaudet, & nobiliori habitu incedit.*

4 *Rector alicuius Collegij repræſentat perſonam fundatoris illius, & quis fuerit illius Almi Collegij fundator?*

5 *Amplius munus exercet, qui iuriſdictionem habet, quam qui ſolum gubernat & regit.*

6 *Priuilegia nonnulla Almi Collegij maioris Hiſpanorum Bononiæ referuntur.*

7 *Qui præfertur doctori, & iuriſdictionem exercenti etiam in actibus ſuæ commiſſionis, multo magis præcedere debet idiota, & iuriſdictionem non habenti.*

8 *Conſtitutio non ligat non ſubditos.*

Et prærogatiua ab inferiore alicui conceſſa, ſemper intelligitur exceptis priuilegiatis à ſuperiore.

9 *Collegium Hiſpanorum Bononiæ poteſt ſibi confeſſorem eligere, & Corpus Chriſti aſſumere in ipſius Capella abſque licentia Parochi.*

10 *Regula quod vnus vno reſpectu minor poteſt eſſe alio reſpectu maior, quomodo intelligatur?*

DISPVTATIO XX.

In materia præcedentiæ quæ debeant attendi.

1 LICET in cauſa, quæ in Tribunali Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Bononien. agitabatur inter Periluſtrẽ D. Rectorem Almi Collegij Hiſpanorum, & Magnificum D. Garganellum Rectorem Societatis Sanctiſſimi Sacramenti Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Mariæ de Muradellis ſuper iure præcedendi in

ſe-

ſedendo, ſtando, & procedendo in luſtrationibus, ſeu proceſſionibus menſtrualibus, & generalibus. varijs & concludentibus fundamentis antea ſit probatum in facto, & in iure illud ius præcedendi pertinere ad præfatum perilluſtrẽ Dominum Hiſpaniæ Rectorem; alijs denique pro concluſione huius cauſæ in fauorem eius pronunciandum ſic euidenter probo.

2 Primo nam certiſſimi & indubitati iuris eſt in materia præcedentię digniorem eſſe præferendum. vt reſoluerunt Domini de Sacra Rota deciſ. 326. numero 4. parte 2. nouiſſimarum. Vnde cum Perilluſtris D. Hiſpaniæ Rector longiſſimè dignior ſit præfato dictæ Societatis Rectore, vt publica vox & fama vociferatur, quæ maioritatem dignitatis ſola de per ſe operatur. vt conſtat ex deciſ. Sacræ Rotæ 518. par. 7. nouiſſ. deciſ. vn. de præbend. in nou. & 3. de electïon. in eiſdem. neceſſario dicendum eſt præferri debere dicto Societatis Rectori.

3 Præterea quia tota huius fundamenti vis nititur in maioritate dignitatis probanda, ipſam ita probo vltra publicam vocem & famam, quæ vt probaui illam inducit & probat. nam ille dignior eſt, qui maiorem dignitatem obtinet. Rota deciſ. 574. num. 2. part. 2. nouiſſ. Amplius munus exercet. Rota deciſ. 326. par. 2. nouiſſ. Pluribus priuilegijs gaudet. Rota deciſ. 70. parte 1. & nobiliori habitu incedit. Doctores in cap. Apoſtolicæ. de priuileg. in 6. & in c. penult. vbi gloſ. de vita & honeſtate Cleric. Bart. in tractatu de inſign. colum. 3. Panormit. in cap. cum dilecta. de exceſſ. prælat. & alij ab eis relati. Quæ omnia inſimul concurrunt in perſona Perilluſtris D. Hiſpaniæ Rectoris, licet quælibet ex his qualitatibus ſufficiens de per ſe eſſet. vt conſtat ex deciſionibus, & locis proximè citatis, vt dignior reputatus præferetur.

4 In primis enim maiorem dignitatem obtinere conſtat, ex eo quod Rector eſt Collegij ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Principe Domino, ac Domino meo Ægydio Albor-

bornotio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, Archiepiſcopo Toletano, Epiſcopo Sabinenſi, & totius Italiæ Legato generali fundati, cuius perſonam repræſentat tanquam eius hæres, ab eodem in ſuo teſtamento inſtitutus. Iuxta deciſ. 110. num. 5. par. 2. nouiſſimarum. Itẽ repræſentat perſonam Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Zapata Collegij Protectoris, & pro tempore futurĩ. Imo illi ęquiparari colligitur ex deciſ. Rotę 600. num. 4. par. 1. nouiſſ. vbi reſoluunt DD. de Sacra Rota Rectorem ſeu Gubernatorem alicuius Communitatis æquiparari ei, ad cuius officium expectat iuriſdictionem, & iura communitatis defendere ac tueri. Rector autem Societatis nihil aliud repræſentat, niſi ipſum Societatis corpus tanquã principale illius membrum, quæ ſocietas licet ſubiecta ſit ordinario. iuxta Concil. Trident. ſeſſione 22. de reformat. cap. 9. nullo modo valet comparari Collegio à tanto principe fundato, & protecto, vt ſupra proximè dixi.

5 Præterea amplius munus exercere Perilluſtrem D. Hiſpaniæ Rectorem patet. Siquidem non ſolum DD. Collegiales, famulos, & familiares dicti Collegij regit, ſed & punit, & corrigit, virtute iuriſdictionis ciuilis, & criminalis ſibi à Summis Pontificibus conceſſæ, & confirmatæ, & à præſenti & præteritis quotidie executioni mandatæ, prout conſtare poterit ex proceſſibus coram D D. Rectoribus factis, ſententijs ab eis latis, remiſſionibusquè cauſarum, ſibi ab Illuſtriſſimis Bononiæ Legatis, Gubernatoribus, & eorum Auditoribus & miniſtris, ſæpe ſæpius factis, tanquam competenti, & vero Iudici. quorum omnium copiam facerem ſi ipſa rei euidentia ab eorum exhibitione non me excuſaſſet. Quod quidem longiſſimè alienum eſt à rectore Societatis Sanctiſſimi Sacramenti, cui tantum competit illam regere, & gubernare, & eos, qui de Societate ſunt, conuocare.

6 Vlterius pluribus priuilegijs gaudere pręfatum Perilluſtrem D. Hiſpaniæ Rectorem con-

conſtat ex eo, quod per Summorum Pontificum ſpecialia priuilegia tam ipſe, quam cæteri Collegiales ſumus exempti à Clero Bonon. & poſſumus ad libitum nobis confeſſorem eligere, Sanctiſſimum Sacramentum in Cappella noſtri Collegij ſine licentia presbyteri Parochialis aſſumere, inter dicta Ciuitate miſſá in Collegio celebrare, altare portatile habere, ad conuocationes vniuerſitatis non accedere inuitos, viam in qua Collegium ædificatum eſt claudere, Epiſcopos vel Archiepiſcopos nõ conſacratos, vel conſacratos non tamen incedentes in habitu Epiſcopali præcedere. Quorum priuilegiorum, & aliorum, quæ nè prolixus videar, non refero, nec minimum quidem habet dictus ſocietatis Rector. Deniquè nobiliori habitu incedere dictũ Perilluſtrem Dominum Hiſpaniæ Rectorem non indiget probatione cum ipſa rei euidentia demonſtret: & ita neceſſario fatendum eſt præcedere debere, & præferri dicto Societatis Rectori in ſedendo, ſtando, & procedendo, publicè vel priuatè in quibuſcunquè actibus.

7 Secundo, pro parte dicti Perilluſtris Domini Hiſpaniæ Rectoris extat ſentẽtia in rem iudicatam tranſacta, qua cauetur ipſum præcedere debere, præferendumquè omninò eſſe in ſedendo, ſtando, & procedendo in omnibus actibus publicis vel priuatis, etiam ipſius artis, Rectorem artis lanę, qui Doctor eligitur, & iuriſdictionem ciuilem & criminalem habet in eos, qui sũt eiuſdem artis, circa ea, quę ad eam pertinent. vt conſtat ex ſtatutis, ſeu capitulis ſocietatis illius artis lanę.

Vnde cum virtute illius ſententię per ſecundam confirmatę, & in rem iudicatam tranſactę, Perilluſtris D. Hiſpaniæ Rector præcedere debeat dictę artis lanæ Rectorem, Doctorem, & iuriſdictionem habentem; à fortiori pręcedere poterit ſocietatis Rectorem, nec Doctorem, nec iuriſdictionem habentem, nec vllam aliam dignitatem, munus, aut adminiſtrationem, niſi vt ſocietatem regat, & tanquam illius caput, cum

opus

Digitized by Google

opus fuerit, cônuocare faciat. Quæ quidem ſentẽtia antiqua abſque exhibitione proceſſus probat, & fidem facit. vt reſoluit Rota deciſ. 1302. p. 3. nouiſsimarum.

8 Nec iuſtitiæ Perilluſtris D. Hiſpaniæ Rectoris quidquã obſtant fundamenta pro parte D. Garganelli allata: nam ad illud principale ſuæ intentionis fundamentum de conſtitutione Illuſtriſſimi Cardinalis Palæotti, duppliciter reſpondetur. Primo quod conſtitutio illa non ligat non ſubditos. vt notant omnes Doctores. in cap. 2. de conſt. in 6. & per conſequens nec D. Hiſpaniæ Rectorẽ immediatè Summo Pontifici ſubiectum, excepto menſe Maij, quo Illuſtriſſimus Bonon. Archiepiſcopus habet ius viſitandi Collegium ex eius ſtatutis. Secundo reſpondeo quod prærogatiua conceſſa ab Illuſtriſſimo Cardinali Palæotto rectoribus ſocietatum Sanctiſſimi Sacramenti vt omnes præcedant, debet intelligi exceptis priuilegiatis. vt reſoluit. Rot. deciſ. 18. de priuil. Principis enim conceſſio interpretari debet ne contineat abſurdum, aut aliquid, quod à ſapientibus repræhendi poſsit. Rot. deciſ. 70. num. 7. p. 1. nouiſsimarum.

9 Minus obſtat illud fundamentum, quo pars aduerſa nititur probare Perilluſtrem D. Hiſpaniæ Rectorem tanquam de Parochia, interuenire in proceſsionibus & actibus ipſius Parochiæ, & ita inferiorem eſſe Rectori ſocietatis. Nã ſupponit falſum: ſi quidem confeſſorem eligere ad libitum, & corpus Chriſti aſſumere in capella Collegij abſque licentia Parochi poteſt. vt ſupra in primo fundamento dixi. quod non inducit eſſe ſubiectum parochiæ imo exemptum ab ea eſſe euidenter demonſtrat. Nec obſtat quod in præſentatione parochi Collegium præſentat: quia non tanquam vnus de Parochia, ſed tanquam Collegium & cõmunitas hominum illuſtrium nobilium & litteratorum, cui hoc ius honorificum fuit delatum, præſentat, & vnus ex dictis Collegialib. eius nomine. Qui ſi inferiori oco in eo actu aliquando ſedit, nec Rectori præſenti, nec ſibi cum Rector

Q erit,

ſerit, quoad reliquos actus præiudicat. Rot. deciſ. 326. num. 6. p. 2. nouiſ.

10 Neque item obſtat quod vnus vno reſpectu minor, poteſt eſſe alio reſpectu maior. & ita d. ſocietatis Rectorem, qui habet regimen in illo actu, debere præcedere D. Hiſpaniæ Rectorem: nam reſpondeo cum deciſ. Sacræ Rotæ. 357. p. 3. nouiſ. num. 6. Illud non habere locum in caſu noſtro, in quo ſocietatis Rector nihil aliud habet niſi ſolam gubernationem limitatam in reliquos de ſocietate. & ita cum Perilluſtris D. Hiſpaniæ Rector illi ſubiectus non ſit vt proximè dixi, illum maiorem & digniorem, etiam attento reſpectu adminiſtrationis, præcedere non debet: alias enim ſequeretur quod Archidiaconus, vel Archipresbyter qui habet iuriſdictionem circa Sacramenta, Epiſcopum vel Decanum in capitulo præcederent. quod eſt falſum, vt reſoluit Rota dicta deciſ. 357. nu. 7. & ita merito concludendum eſt nec vno, nec alio attento reſpectu, præferendum eſſe dictum ſocietatis Rectorem dicto Perilluſtri Hiſpaniæ Rectori.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentibus indiciis, ex quibus iudex colligere valet reum commiſiſſe delictum, de quo agitur, vel complicem eſſe, poteſt, & debet poſt interrogationem generalem ad particularem deſcendere, & illum interrogare de delicto & circunſtantiis illius.*

2 *Delictum parricidij exceptum, atrociſſimum, & difficilis probationis eſt.*

3 *In atrociſſimis licitum eſt iudici iura tranſgredi: ordo enim eſt ordinem non ſeruare.*

4 *Quando liceat iudici reo neganti dicere curia iam conſtare de delicto ab eo commiſſo?*

5 *In atrociſsimis iudices poſſunt ſi non mendatiis doloſis, ſaltem fictionibus pro extorquenda veritate vti.*

6 *Confrontatio adeo eſt recepta, vt ea deficiente; præcipuè in caſu propoſito, muneri ſuo minus ſatisfeciſſe iudex dicatur.*

7 *Lectura examinis rei confeſsi in confrontatione alterius ab eodẽ vocati, neceſſaria omnino eſt.*

Confron-

8 *Confrontationem in qua iudex confeſsi depoſitionem minimè legit ad faciem ſocij criminis, improbat Farin.tanquam communi criminaliſtarum practicæ contrariam.*

9 *Quæ inducant tractatum & participationem parricidij?*

10 *In atrociſsimis punitur effectus, licet non ſequatur effectus.*

11 *Lis quomodo conteſtari debeat reo de aliquo delicto inquiſito?*

12 *Confiteri ex diuerſis temporibus, idem eſt quod perſeuerare in confeſsionibus in eis factis.*

13 *Receptantes capitaliter bannitos ab ſtatu eccleſiaſtico, pœna capitali & confiſcatione bonorum puniuntur.*

14 *Mulieris leuitate nulla maior, & varium & mutabile genus dicitur.*

15 *Quando vnum capitulum habet propriam & ſpecialem determinationem, clauſula generalis poſita in eo, non refertur ad præcedentia.*

DISPVTATIO XXI.

Quæ ſint attendenda vt confeſsio rei ſuggeſtiua non dicatur? & cōfrontatio cōplicis delicti, quomodo fieri debeat?

NVLLA ſuggeſtio poteſt conſiderari in cōfeſsioni D. B. neque ex eo quod iudex eum interrogauerit in 5.& 6.conſtituto de delicto in ſpecie & circunſtantijs illius, neque ex confeſsione fratris cum lectura confeſsionis illius coram D. B. nequè deniquè ex eo quod ſæpe ſæpius iudex dixerit illi curię plenè conſtare in proceſſu de complicitate, & participatione parricidij, de quo inquirebatur.

1 Primo nam quando inditia præcedunt, ex quibus iudex colligere valeat reum commiſiſſe delictum, de quo agitur, vel complicem eſſe, poteſt & debet poſt interrogatoria generalia, ad particularia deſcendere, & illum interrogare de delicto & circumſtantijs illius. ex Doctr. Hyppol. de Marſil. in l.1. §. qui quæſtionem. num. 1. ff. de quæſtion. Cartar. in ſua pract. interrog. reor. lib. 2. cap. 1. num. 54.&

ſeq. & lib. 3. cap. 1. num. 13. cum plurib. ſeqq. Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. & crimin. cap. 86. num. 25. & ſeqq. præcipuè. nu. 67. Ambroſ. de mod. forman. proceſſ. informat. lib. 2. c. 6. per tot. Foller. in pract. crimin. in verb. & ſi compa-rent ante contumaciam. num. 4. cum quatuor. ſeqq. vbi nu. 8. inquit reum interrogandum eſſe ſigillatim ſuper quolibet inditio poſt generalia interrogatoria: & Farin. de reo. confeſ. & conuict. q. 83. cap. 4. num. 97. & 98. & quæſt. 43. de indit. & tortur. num. 132. alias enim non potuiſſent dari capitula, nec cõteſtari lis. iuxta ea, quæ dicit Marſ. vbi ſupra. ad hoc vt poſſit reus in termino ſibi à iudice præfigendo, ſuas defenſiones præſtare.

Cum igitur iudex interrogauerit D. B. de delicto & circunſtantijs illius poſt quatuor conſtituta, in quibus præceſſerant generalia interrogatoria, & tot eſſent vrgentiſſima inditia, ex quibus ferè conuictus de tam atroci delicto dici poterat, vt ex infra proximè dicendis apparebit. Indubitanter dicendum eſt iudicem potuiſſe abſquè ſuggeſtionis vitio, ipſum reum interrogare de delicto in ſpecie, & circumſtantijs illius.

2 Quod autem fuiſſent inditia vrgentiſſima, & præſumptiones legitimæ, (vt cum. Farin. loquar. d. quæſt. 43. num. 133.) quis dubitabit? cum contra Dominum B. Concurrant cauſæ delicti ob mala portamenta patris in eum, non ſubminiſtrando illi neceſſaria ad victum ſecundum diuitias patris, & qualitatem ipſius, Magna affectio, cohabitatio & vnio inter ipſum & fratrem, qui litem habebat cum patre, acceſſus ipſius ad arcem in qua ſtabat pater, & habitabat ſicarius, & inde fuga repentina de nocte inſcio patre, blanditiæ, receptationes, & allocutiones ſecretæ cum ſicario capitaliter bannito ab ſtatu eccleſiaſtico, in vrbe, ante, & poſt parricidium commiſſum, inimicitia ſicarij contra patrem, cuius ipſe fatebatur ſcientiam, donatio facta prædicto ſicario ſcutorum 50. pro remiſſione banni, auxilium præſtitum ad prædictam remiſſionem

obti-

obtinendam, promiſsio ſcutorum 2000. pro dote filiæ dicti ſicarij, mendacia, variationes, & inueriſimiles reſponſiones ipſius D.B. & aliæ, quæ ex proceſſu colliguntur. Quæ quidem non ſolum ſufficiebant ad ipſum conſtituendum reum; ſed ad tormentis ſupponendum; cum ageretur de delicto excepto, atrociſsimo & difficilis probationis, in quo leuiora inditia ſufficerent. ex doctr. Farin. de indit. & tortur. quæſt. 37. num. 62. 71. 85. 88. 89. & 90. & 150. cum alijs ſeqq. vbi de magis communi & veriori teſtatur.

3 In atrociſsimis enim poteſt reus torqueri ex non ſufficientibus & legitimis inditijs. vt ex plurimis probat idem. Farinac. d. num. 85. & 88. præcipuè ſi difficilis probationis fuerint; prout iſtud, de quo agitur. in quibus licitum eſt iudici iura tranſgredi, requiſitas ſolemnitates non adhibere, & ordo eſt ordinem non ſeruare. ex Doctrin. Marſil. in l. prima. in princ. num. 23. ff. de quæſtion. vbi plura refert, & cõmunem opinionem eſſe dicit Farinac. d. quæſt. 37. num. 86.

Quibus omnibus acceſsit confeſsio D.I. ſocij criminis. Ex quibus poterat prætendi D.B. conuictum de tali delicto eſſe, etiam ad effectum puniendi; nedum torquendi & interrogandi. Iuxta communem opinionem, quam pluribus defendit. Canter. in ſuis quæſtion. Crimin. tit. de probat. per teſt. cap. 2. quæſt. 3. & q. 5. cum alijs infra proximè allegandis.

4 Secundo nam attentis proximè dictis, iudex potuit D.B. Interrogando, illi neganti dicere conuictum de tali delicto eſſe, & curiæ in proceſſu conſtare: nam ſtantibus tot inditijs, de quibus ſupra, confeſsione D.I. adminiculatis, abſque mendacio poterit iudex dicere conuictum eſſe, & Curiæ conſtare de complicitate & participatione illius. ex tradit. per Cartar. vbi ſupra lib. 3. cap. 3. num. 24 & in quinto cõſtituto. per tot. Ambroſi. d. lib. 2. cap. 6. num. 38. maximè cum ageretur de delicto enormiſsimo cum cõſpiratione & tractatu de ſui natura difficillimæ probationis; qui ex eo per coniecturas pro-

Digitized by Google

probari. docet Menoch. de arbitr. caſu 116. num. 15. Maſcard. de probation. concluſio 1385. & 1139. numero 13. volumine tertio, & Farinac. conſil. 55. num. 52. & ſeqq. volum. 1.

5 Imo in ſimilibus Iudices poſſe vti ſi non mendacijs doloſis, ſaltim fictionibus & ſimulationibus pro extorquenda veritate. probarunt Viuius commun. opinion. 415. num. 2. parte prima in nouiſſ. Martin. del Rio in ſuo tractatu diſquiſit. magic. libro 5. ſectione 10. per tot. Scacc. dict. cap. 86. numero 35. ex textu eleg. in cap. vtilem 22. q. 2. vbi Canoniſtæ notant.

6 Tertio nec dici poteſt ſuggeſtiua dicta confeſſio ex confrontatione D. I. in faciem D. B. & lectura ſuæ depoſitionis continentis confeſſionem cum circunſtantijs & qualitatibus tractatus: nam confrontatio teſtis & ſocij criminis adeo eſt inter practicos recepta, vt ea deficiente in caſu iſto muneri ſuo minus ſatisfeciſſe Iudicem, nemo negare poſſit. Tum ad conuincendum reum de tot mendacijs dictis in tot conſtitutis; tum etiam ad eruendam veritatem, qui eſt, & eſſe debet in ſimilibus præcipuus Iudicis ſcopus. ex doctrina Clar. quæſt. 45. num. 14. Scacc. dicto cap. 86. num. 53. Afflict. ſuper conſtitut. Regni Si damna Clandeſtina. rubrica 27. lib. 1. num. 26. & conſtit. humanitate. rubrica 10. num. 15. libro 2. Cartar. vbi ſupra libro 3. cap. 1. num. 22. cum alijs per Farinac. tractatu de teſtibus. quæſt. 72. numero 139. & Ambroſi. vbi ſupra libro ſecundo capite nono per tot.

7 Cui confrontationi ſubſequens de neceſſitate erat lectura examinis D. I. quia ipſe inſtabat ſibi legi: quo caſu (ſalua pace exiſtimantium eſſe in arbitrio Iudicis cogendi reum ad recenſendum quod dixerat, abſque eo quod illi legatur eius depoſitio); contrarium verius mihi ſemper viſum fuit, & ſemper practicaui. Primo quia confrontatio debet eſſe plena, & cum iiſdem qualitatibus, quæ requiruntur ac ſi ſocius, vel teſtis nunquam fuiſſet examinatus. vt per Iul. Clar. dicta quæſtio-

ſtione 45.numero 13.& Honded.conſilio 101.numero 29. lib. 2.

8 Secundo quia lecturam examinis teſtis, vel rei eſſe de neceſſitate & ſubſtantia fabricationis proceſſus, ex eo ſemper iudicaui; nam confrontatio nunquam fit, niſi præcedente confeſſione delicti erga ſocios criminis: vnde cum ex memoriæ defectu quæ labilis eſt, vel dolo & malitia rei con feſſi, quæ hodie maximè viget, euenire facile poſſit, vt reus, qui de plano delictum confeſſus erat, vnico verbo confeſſionem perturbet, ex quo poſtea dicere facilè poſſit de erronea confeſſione, & corruat tota proceſſus fabrica, vel de nouo incipere eam neceſſe ſit, vel ad conualidationem in tortura redire; ideo depoſitiones rei confeſſi ad faciem tam ipſius, quam ſocij criminis alta, & intelligibili voce legi facere ſemper obſeruaui ego in omnibus cauſis criminalibus, præcipuè in atrocioribus, quas præ manibus habui dum Officia Iudicis Magnæ Curiæ Vicariæ in criminalibus, & generalis Auditoris in Regno Neapolis gerebam. ex doctrina Boſſ. de tortur. teſt. num. 24. Scacc. dicto cap. 86. num. 55. & 67. Cartar. dicto libro 3. cap. 3. numero 27. & Farinac. d. quæſt. 66. numero 39. Ambroſ. dict. libro 2. cap. 8. num. 13. verſic. tunc dominus. & dict. cap. 9. & Farinac. conſil. 192. num. 11. volum. 2. vbi confrontationem, in qua Iudex confeſſi depoſitionem minimè legi voluit ad faciem ſocij criminis, improbat Farinac. tanquã contrariam communi criminaliſtarum practicæ.

9 Quarto indubitabile redditur dubium propoſitum cõtra D. B. ex eo, quod veriſſimum eſt in facto ipſum in primis tribus conſtitutis confeſſum fuiſſe omnes circumſtantias tractatus parricidij. hoc eſt receptationem dicti occiſoris in domo ipſius D. B. & fratrum per multos dies, ante & poſt necem patris, comedendo & bibendo ad menſam illorum, vna cum eius filia, inimicitiam d. O. cum Patre d. B. ſolutionem ducatorum quinquaginta pro dict. O. ſocietati, pro remiſſione cuiuſdam

dam homicidij ab eodem alias commiſſi, pro quo erat bannitus ab Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico, accedendo perſonaliter D. B. ad domum illius, cui directum erat mandatum ad pecunias ſoluendas, ipſumq. rogando, vt eas ſolueret; promiſſionem ducatorum. 2000. pro dotanda filia d. O. quem antea nec allocutum fuiſſe, nec cognouiſſe fatentur ipſi D. B. & fratres in ſuis conſtitutis: item acceſſionem D. B. ad arcem, vbi erat Pater, & receſſum ab ea inſcio, imo inuito Patre, repente ante necem, & aduentum d. O. occiſoris ad vrbem poſt receſſum D. B. ab Arce, & alia quæ ex dictis cōſtitutis apparent; quæ quidem concludenter inducunt tractatum & participationem parricidij inter dictū occiſorem & I. & alios. ex tradit. per Maſcard. de probatio. lib. 3. concluſ. 1386. à numero 9. quē ſequti ſunt Baiard. in addition. ad Clar. quæſt. 38. num. 15. Farinac. quæſt. 87. num. 86. Imo licet dicti tractatus inditia D. B. non fuiſſet confeſſus, Curiæ iam conſtabant in proceſſu, nedum leuioribus probationibus, quæ ſufficerent. ex tradit. per Crauett. conſil. 252. numero 15. & Menoch. de Arbitr. caſ. 116. num. 15. Bart. in l. ſi quando, C. vnde vi, & Dec. conſil. 175. column. 4. ſed etiam concludentibus, vt ex proceſſu apparet. Alloqutionem etenim & receptationem d. O. ante & poſt delictum fatentur B. & I. in primo & ſecundo conſtituto. & blanditias illi à B. & fratribus factas probant teſtes. vt in proceſſu folio 316. parte 1. & folio 1143. à tergo d. parte 1. & 435. & 467. & 476. & 194. à tergo eadem par. 1. & inimicitiam d. O. cum patre poſtea occiſo fatetur d. I. folio 850. par. 2. Donationem ſcutorum quinquaginta vltra cōfeſſionem D. B. probant duo teſtes, vt in proceſſu fol. 436. & 466. & folio 1105. dicta parte prima. Promiſſionem ducatorum duorum millium pro dote filiæ O. vnus teſtis folio 486. à tergo 2. par. & fatetur d. I. folio 857. à tergo cum ſequenti eadem ſecunda par.

10 Ex quibus licet effectus nō fuiſſet ſequutus, puniendus ve-

veniret D. B. ex punctuali doctrina Card. in Clementina Paſtoralis. in prima columna per text. ibi ad med. de re iudic. quem ſequitur Marſil. in conſil. 19. num. 18. & ſequen. & in l. 1. num. 8. ff. ad l. Pomp. de parricid. & in tractatu de bannit. verſic. atrocioribus, num. 16. & 17. Alexand. in l. vtrum. in fin. ff. ad l. Pomp. de parricid. Bald. in l. 2. §. hæc verba. ff. quod quiſquè iur. & in l. ſi quis non dicam rapere. column. 3. C. de Epiſcopis & Cler. & probatur ex l. quiſquis. in princip. C. ad legem Iul. maieſt. quæ eſt canonizata in cap. ſi quis cum militibus 6. quæſtio. 1. & in parricidio probat text. in dicta l. 1. ff. ad leg. Pomp. de parricid. quem ad hoc notat plures hanc ſententiam vt veriorem tenentes propter atrocitatem delicti. Farinac. quæſt. 120. à num. 147. Quanto igitur magis ſequto effectu.

11 Vnde cum vſquè ad quartum conſtitutum nulla objiciatur ſuggeſtio; infertur manifeſtè & concludenter nequè poſſe objici ex eo, quod in ſequentibus cõſtitutis iudex interrogauerit D. B. non ſolum de ipſo tractatu de occidendo Patre; ſed etiam particulariter de circunſtantijs ipſius. Primo, quia (vt exaduerſo ſcribentes fatentur) ſi ſolum de tractatu parricidij, vel de depoſitione I. in ſubſtantia interrogaſſet Iudex, nulla per ipſum commiſſa eſſet ſuggeſtio; quomodo potuit ab eo committi interrogando etiam de circunſtantijs, quas ipſe B. ſciebat, & confeſſus erat in primis tribus conſtitutis?

Secundo, nam cum Capitula, à quibus reus ſe defendere poſſit, illi debeant dari clara & continentia omnem inquiſitionem contra eum formatam, deducta ex concluſione examinis rei ipſius, ex qua litis cõteſtatio oritur. ex communi criminaliſtarum practica, quam tradunt Foller verb. fiat conteſtatio litis à numero 1. & Marſil. in practic. §. conſtante. num. 11. & Afflict. in conſtit. ſi damna clandeſtina notab. 9. id fieri nullo modo poſſet aliter, quam interrogãdo reum ipſum ſpecialiter de delicto principali, & de circunſtantijs illius, ſuper qui-

bus aduerſus eum erat formata inquiſitio, & à quibus ſe defenſurus eſſet in termino ſibi à Iudice præfigendo.

12 Tertio deniquè, nam ſi Iudex non potuiſſet interrogare reum in ſui examinis concluſione ſpecialiter de circunſtantijs per ipſum iam antea confeſſis ſimul cum principali delicto abſquè ſuggeſtionis vitio, ſequeretur ineuitabile abſurdum, nempe omnes ratificationes confeſſionum reorum ſuggeſtiuas eſſe; cum in eis de nouo fiat interrogatio, An vera ſint per ipſum die præcedenti dicta, tam reſpectu delicti principalis, quam circunſtantiarum illius? Iudex enim nihil de nouo addit interrogationi delicti principalis interrogando de circunſtantijs iam antea confeſſis. Sicuti reus interrogatus nihil de nouo fatetur reſpectu circunſtantiarum per ipſum antea confeſſarum, etiam ſi confiteatur ea omnia, quæ in interrogatorio ſibi fuerunt lecta, ſed ſolum dicit perſeuerare in confeſſione: quia confiteri ex diuerſis temporibus, idem eſt quod perſeuerare in confeſſionibus in eis factis. ex doctrina Bal. in 1. conſtitut. Cod. colum. vlt. verſic. ſed tu in hoc dic, & in l. quicunquè. C. de ſeru. fugit. colum. penul. & in l. quidam. C. de iure delib. col. 9. & poſt eum Marſil. in l. prima. §. Diuus Seuerus. num. 5. & in pract. §. quoniam. num. 36. & ſeq.

13 Ex quibus etiã oritur aliud ineuitabile fundamentum, ex quo D. B. pœna capitali & confiſcatione bonorum puniendum, etiam ſi particeps non fuiſſet dicti parricidij, concludam: nam vt ſupra dixi, præfatus occiſor erat capitaliter bannitus ab Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico, quem D. B. & fratres in domo receptarunt, comedendo & bibendo cum eo, prout ipſe fatetur, & teſtes de domo deponunt in locis ſupra citatis. vnde pœnam capitalem, & confiſcationem bonorum incurriſſe ſatis in cõperto eſt ex Bull. quinta Iulij II. quam approbauit Leo Decimus conſtitut. 31. Clem. VII. Pius Quartus conſtitution. 30. Pius Quintus conſtitutio. 13. Gregorius Decimustertius conſtit. 66.

Ne-

14 Neque quidquam obſtat, quod exaduerſo ſcribentes notant nempe inueriſimile eſſe rem tam grauem communicaſſe D. B. & I. cum D. B. minore: nam vt ipſe fatetur in ſecundo conſtituto, eius frater non cognouerat ſicarium, ſed idem D. B. illum cognoſcere fecit: quia cum ipſo tractauerat in arce ante parricidium commiſſum, quando ab ea receſſit, & Romam rediјt inſcio patre. Ex quo neceſſario ſequitur conſcium, & participem fuiſſe D.B. tractatus parricidij prædicti. Quod ex eo magis ſuadetur; nam ſi interuenerunt tractatui illi duæ mulieres, nouerca videlicet & ſoror dicti B. quarum leuitate nulla maior. ſi gloſæ verb. varium. in cap. forus. de verborum ſignif. credimus. & varium & mutabile genus appellat text. ille. quare etiam & maiori ſecuritate non potuit interuenire B. ætatis ſuæ decem & octo annorum?

15 Quæ omnia ex ſuperabundanti dicta quidem videntur, cum certum ſit D.B. non fuiſſe confeſſum ex interrogatorijs à D. Iudice factis, nec ex confrontatione & lectura D. I. cum ſemper negãdo reſponderit, quouſque ſui fratris monitione conuictus, Deo permittente dixit: *Io Signore voglio dire la verità*. & cætera, quæ in ſeptimo Conſtituto iacent, & in 8. ratificata die ſequenti in faciem ſororis & Nouercæ in tortura, non ſolum non contradicendo confeſſioni D. I. Imo ei aliquid addendo.

Nec poteſt haberi relatio ad interrogatoria ſibi facta: cùm ad illa ſemper ſagaciter negatiuè reſponderit; ſed fieri debet ad proximiora, ſcilicet ad monitionem fratris. Quemadmodum enim interrogatoria in quinto conſtituto non induxerunt D. B. ad confitendum in ſexto. Ita nec facta in ſexto potuerunt illum inducere ad confitendum in ſeptimo. & quando vnum capitulum habet propriam & ſpecialem determinationem, clauſula generalis poſita in eo, non refertur ad præcedentia. cap. cũ dilecti. de donatio. vbi notant Card. & Imol. in 2. & 4. col. Bald. in l. 1. C. de legit. hæred. & alij quos refert & ſequi-

quitur Iaſ. in l. talis ſcriptura. num. 37. ff. de legatis 1. maximè quando præcedentia eſſent contraria, vt in caſu noſtro, in quo D. B. in negatiua perſtetit reſpondendo interrogatorijs ſibi factis in ſex conſtituris; quo caſu confeſſio poſtea ex monitione fratris emanata; non debet referri ad pręcedentia interrogatoria. argumen. l. ſi idem cum eodem. §. fin. vbi gloſ. & Bart. ff. de iuriſd. omn. iud.

SVMMARIVM.

1 *Famulo vnius ex concubinis deponenti ad fauorem alterius in cauſa cum tertio, an plena ſit fides adhibenda?*

2 *Teſtes de domo admitti poſſunt ad teſtificandum de rebus in ea factis.*

3 *Interpretatur text. in l. idonei. ff. de teſtib.*

4 *Interpretatur text. in l. fin ff. de teſtib. cap. quoties. & cap. perſonas. eodem tit. & cap. fin. eodem tit. in 6.*

Affectio fratrum in cauſa ſui monaſterij nõ cõſideratur quominus admittantur ad teſtificandum de rebus in Capitulo factis.

6 *Confitenti iudicialiter emiſſe, & ad computum pratij tantum ſoluiſſe, incumbit onus probandi validioribus probationibus contrarium eius, quod teſtes partis aduerſæ licet minus idonei, deponunt.*

7 *Ex taciturnitate quando conſenſus, quando vero contradictio inducatur?*

DISPVTATIO XXII.

Famulo vnius ex concubinis deponenti ad fauorem alterius, An ſit plena fides adhibenda?

1 TESTES examinatos pro parte Semproniæ, prætium veſtis, de qua agitur in ſcutis centum quadraginta plenè & concludenter probare, decretumquè D. Iudicis confirmandum, & partem aduerſam condemnandã ad ſolutionem ſcutorum quinquagintaquinquè vna cum expenſis & intereſſe, ex ipſa facti

cti ſerie, prout iacet (non prout pars aduerſa proponit) conſiderata, & iure quod ex ea oritur, demonſtratur.

1 Cum primo enim teſte (qui idoneus eſt, vt infra probatur) concordat & alius, quem pars aduerſa in facti propoſitione ſilentio prętermiſit. & ambo circa conuentionem prętij dictæ veſtis in ſcutis centũ quadraginta, & ſolutionem duplarum vigintiquinquè de viſu deponunt. quod ſufficiebat ad hoc, vt cõdemnaretur, prout iuſtitia mediante fuit condemnata per Dominum Iudicem dicta Titia. ex vulg. cap. nouit. de iudic. & c. relatum, de teſtam.

2 Quod autem adhibenda ſit fides primo teſti quantumuis ſeruienti D. Amaſij d. Semproniæ ſatis colligitur ex text. in cap. tertio loco. de probat. c. inſuper 6. c. cum nuntius. 12. c. tuis quæſtionib. 39. c. nuper. 51. de teſtibus. & tradũt Crot. de teſt. à n. 171. Hyppol. in l. ſeruus. à num. 1. ff. de quæſt. Couarr. cap. 18. practicarum. num. 4. Menoch. de arbitr. caſu 106. Maſcard. de probat. concluſ. 295. à num. 14. qui ex dictis iuribus notant teſtes de domo admitti poſſe ad teſtificandũ, non in ſubſidiũ, ſed abſolutè. vt poſt Hoſtien. & alios defendit Panorm. in dicto cap. Inſuper. & in d. capit. Tertio loco. & communis ſecundum Dec. ibi num. 10.

3 Nequè obſtat text. in l. idonei. ff. de teſtibus. nam reſpondetur textum illum procedere, & habere locum, quando cauſa eſt propria illius, qui imperare poteſt. vt reſoluunt gl. & DD. communiter ibi, & in ſupracitatis iuribus. Cauſam vero, de qua agitur, non eſſe propriam domini dicti teſtis, ſed dictæ ſemproniæ, ex actis conſtat. vnde ceſſat difficultas d. l. idonei.

4 Minus obſtat, quod per affectionem d. Didaci erga Semproniam, exceptionem pati videtur huiuſmodi primus teſtis famulus d. Didaci. argum. l. fin. ff. de teſtibus. cap. quoties. cap. perſonas. eodem tit. & cap. fin. eodem tit. libro 6. Nam ſi rectè verba horum iurium perpendantur, non conſideratur huiuſmodi affectio, (propter quam non admittatur teſtis ad teſtificandum, vel ſal-

ſaltim minuatur eius fides) in parte remota, ſed in ipſo teſtimonio. Vnde ceſſat illorum iurium diſpoſitio ex iuribus vulg.

5 Præterea nam ſi huiuſmodi affectio non conſideratur in fratribus & Canonicis, quominus admittantur ad teſtificandum in cauſa ſui conuentus, aut capituli, circa ea, quæ in eis fiunt. vt in d. cap. Tertio loco. cum ſimilibus ſupra citatis. Quanto minùs attendi debet in famulo tertij quantumuis affecti parti litiganti. Nequè animoſitati tribui debent illa verba. (*al mio giuditio ha ragione donna Sempronia*) ſed potius notorietati, & euidentiæ iuſtitiæ illius, quæ nequè idioto, & illitterato potuit celari.

Imo dato & nunquam conceſſo, quod minor eſſet illi adhibenda fides, nonne eſt & alius teſtis licèt à parte aduerſa ſilentio prætermiſſus, qui nequè domeſticus, nequè affectus eſt, & concludènter deponit de prętio dictę veſtis ſcutorum cētum quadraginta? ſolutione 70. & promiſſione aliorum 70? Nonnè ſunt & alij teſtes, qui licet non interuenerint conuentioni; concludunt interueniſſe ſolutioni duplarū 25. & promiſſioni aliarum 25? Vnde nequè in facto, neq; in iure dubitari poteſt prædictā Titiam tanquam legitimè conuictam condemnandam eſſe ad ſolutionem ſcutorum 55. vna cum expenſis & intereſſe ita confirmando decretum D. Iudicis.

6 Quibus accedat, & pro reſponſione ad obiectiones ex aduerſo propoſitas teſtibus d. Semproniæ, confeſſio iudicialis eiuſdem Titiæ, dum in ea fatetur emiſſe à dicta Sempronia veſtem, & ad computum ſoluiſſe partem prętij. Cum igitur in prętio & ſolutione partis illius teſtes omnes concludant, dictæ Titiæ incūbebat probare validioribus probationibus, quod de prętio dicit in ſua confeſſione. ex l. 1. C. de ſiccar. l. ſi non conuitij. C. de iniurijs. & doctr. Abbatis in c. Bonæ. il 2. colum. pen. de poſtulat. prælat. Bar. in l. Aurelianus. §. idem quæſiti. ff. de liberat. legat. Andr. de Iſſer. in conſtit. terminum vitæ. in fi. & in c. 1. §. ſi vero violator. col. 2. de

de pace tenen. in vſib. feud. quos refert & ſequitur Maranta in ſpeculo 6.par. num.27.& in ſpecie probat Menoch. plures referens de Prę.ſ.lib.2.præſump.48.num.2. Cum igitur non ſolum nihil probauerit, imo pro parte Semproniæ fuerit concludènter probatum vnum & aliud; neceſſario venit confirmandûm decretum D. Iudicis.

7 Neque item obſtat, quod exaduerſo dicitur vnum ſcilicet teſtem dicere dictas duplas 25. matrem Titiæ ſoluiſſe, & promiſiſſe ſolutionem aliarum 25. & ita cum Titia ipſa promiſſionem non confirmauerit, non obligatur ex ea: quia ex huiuſmodi taciturnitate non conſenſus, ſed contradictio inducitur. ex l. filius famil. §. inuitus. ff. de procurat. Nam reſpondetur ex doctrina Bart. in l. quæ dotis. num. 22. quod cum tacere ſit medium inter conſentire, & contradicere. ex reg. is qui tacet. in 6. applicandũ eſt huiuſmodi verbum vel conſenſui, vel diſſenſui, ſecundum ſubiectam materiam. vt varijs comprobat exemplis ibi à num. 21. inter quæ d.nũ. 22.in fin. ait quod ratione coniunctionis ex taciturnitate, inducitur conſenſus. ex l. ſeruus. ff. de donation.inter vir. & vxor. in fin. & licet aliqui exiſtimauerint hoc non procedere in coniunctione, quæ habet in ſe reuerentiam, vt in caſu noſtro: contrarium eſt verius.& probatur ex tex. expreſſ. in cap. vnic. in fin. de deſponſat. impub. in 6. vbi filius tacens, habetur pro conſentiente etiam in actu, in quo requiritur conſenſus omnino liber ab omni coactione. ex capit. cum locum. de ſponſal.

Deniquè decretum D. Iudicis confirmandum eſſe, qui facti veritatem ſciuerit, non dubitabit. Nam mandatum fuit expeditum pro ſcutis 70. ex quibus quindecim ſoluti fuerunt d. Semproniæ, prout ex apocha illius apparet. Vnde iure optimo attenta facti ſerie, fuit dicta Titia condemnata ad ſolutionem ſcutorum quinquagintaquinque. quicquid exaduerſo dicatur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Heredes an teneantur pro debitis defuncti inſolidum? vel pro ea parte tantum, in qua fuerunt instituti.*

2 *Creditor an poſſit cogi partem debiti ſuſcipere?*

3 *Ex numero hæredum conditio obligationis non mutatur.*

4 *Ponderatur tex. in l. 3. C. de negot geſt.*

5 *Mortuo debitore ex teſtamento vel ab inteſtato ipſo iure diuiditur inter hæredes actio & obligatio.*

6 *Quilibet hæres repræſentat perſonam defuncti in illa parte tantum, in qua fuit hæres inſtitutus, non in alia.*

7 *Quando in contractu deducta eſt res merè diuidua, qualis eſt, quæ pondere, numero, vel menſura conſiſtit, etiam ſi aliquis ex hæredibus efficiatur non ſoluendo, alij cohæredes non tenentur pro eo, ſed quilibet pro parte ſua hæreditatis.*

8 *Etiam ſi teſtator vnum ex hæredibus iuſſerit æs alienum ſoluere, non tenetur niſi pro rata.*

9 *Interpretatur tex. in l. cum ab vno. ff. de leg. 2.*

10 *Interpretatur tex. in cap. tua nos de vſuris.*

11 *Contractus quatuor modis dici poteſt diuiduus vel indiuiduus. & quomodo?*

13 *Interpretatur tex. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig.*

DISPVTATIO XXIII.

Hęredes an teneātur pro debitis defuncti inſolidum? vel pro ea parte tantum, in qua fuerunt inſtituti?

1 ACCIDIT aliquādo vt ille qui centū Sempronio vigore obligationis, vel ex alia qualibet legitima cauſa ſoluere tenetur, ad vltimum vitę ſpiritum deueniens, duos teſtamento ſuo inſtituat hæredes. Quæritur an Sempronius creditor poſſit conuenire vnum ex dictis duobus hæredibus pro tota ſumma, vel teneatur ambos conuenire pro æquis partibus ſecundum illorum inſtitutionem? & vnum quemquè ex hæredibus poſſe conueniri pro tota ſumma probari

probari videtur ex ſequẽtibus.

2 Primo nam ſi non conueniretur vnus pro tota ſumma debita, ſequeretur poſſe creditorem inuitum cogi recipere particularem ſolutionem; ſed hoc eſt falſum. ergo & illud, ex quo ſequitur. Aſſumptum probatur. ex tex.eleg. in l. tutor. §. Lutius. ff. de vſuris. cuius verba ſunt. *Lutius Titius cum centum & vſuras aliquanti temporis deberet, minorem pecuniam, quàm debebat obſignauit. quæro an Titius pecuniæ, quam obſignauit, vſuras præſtare non debeat? Modeſtinus reſpondit ſi non hac lege mutua pecunia data eſt, vti liceret, & particulam eius, quod acceptum eſt ſoluere, non retardari totius debiti vſurarum præſtationẽ: ſi cum creditor paratus eſſet totum ſuſcipere, debitor qui in ſolutione totius ceſſabat, ſolam partem depoſuit.* Ex quibus verbis clarè deducitur creditorem non poſſe cogi partem debiti ſuſcipere, niſi præcedente de hoc ſpeciali pacto, ſeu conditione. ergo rectè ſequitur vnumquemq; ex hæredibus & ſucceſſoribus debitoris pro tota ſumma conueniri poſſe.

3 Secundo nam ex numero hæredum conditio obligationis non mutatur. l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. cuius verba ſunt *Ex his igitur ſtipulationibus nè hæredes quidem pro parte ſoluendo liberari poſſunt, quando non eandem rem omnes dederint: non enim ex perſona hæredum conditio obligationis mutatur.* ergo ſi hæredes pro parte ſoluendo non liberantur, rectè ſequitur vnumquemquè inſolidũ pro tota ſumma poſſe conueniri.

4 Tertio & vltimo pro hac ſententia pondero textum elegantem. in l. 3. C. de neg. geſt. cuius hæc ſunt verba. *ſiuè pro fratre cohærede pecuniam ſoluiſti, negotiorum actione experiri poteris, ſiue pignoris liberandi gratia debitum vniuerſum ſoluere coactus es, actionem eandem habebis &c.* Ex quibus verbis clarè deducitur vnum ex hæredibus debitum vniuerſum ſoluere cogi poſſe, licet competat pro parte alterius actio negotiorum geſtorum, vel familiæ herciſcundæ. vt ibi. & in l. ſi teſtamento. §. 1. ff. de fideiuſſor. ergo idem dicendum eſt in propoſita noſtra quæſtione.

Sed his & alijs non obſtantibus fundamentis, cõtrariam ſententiam veriorem iudico ex ſequentibus.

5 Primo nam mortuo debitore ex teſtamento vel ab inteſtato, ipſo iure diuiditur inter hæredes actio & obligatio. l. in executione. verſic. prima ſpecies. ff. de verb. oblig. ibi: *nã & petitio & ſolutio ad portiones hæreditarias pertinent.* l. 2. C. de hæreditarijs actionib. ibi: *pro hæreditarijs partibus, hæredes onera hæreditaria cognoſcere etiam in fiſci rationibus placuit.* l. ſi vxor. C. de bonis authorit. iud. poſſ. ibi: *cum vltra eam portionem, in quam ſucceſſit, actio non confundatur.* l. licet. C. Ad leg. falc. ibi: *licet adieris patris hæreditatem, & confuſione pro parte, qua eidem ſucceſſoris extinguatur actio &c.* l. 1. C. ſi cert. pet. ibi *cum ſit explorati iuris hæreditaria onera ad ſcriptos hæredes pro portionibus hæreditarijs, non pro modo emolumenti pertinere.* l. cum à matre. ff. de rei vẽdicat. ibi: *quod ſi venditricis obtinet hæreditatem, doli mali exceptione pro qua portione ad eum hæreditas pertinet, vti non prohiberis.* Ex quibus omnibus iuribus euidenter colligitur hæredes non teneri niſi pro parte hæreditatis, in quam ſuccedunt. ergo rectè ſequitur non poſſe vnum ex hæredibus conueniri pro tota ſumma debiti defuncti; ſed tantum pro rata.

6 Secundo nam certiſſimi & indubitati iuris principium eſt, quod quilibet hæres repræſentat perſonam defuncti in illa parte, pro qua eſt hæres, & non pro alia. gl ſingul. iuncto. tex. in l. 2. §. fi. ff. de prætor. ſtipul. quam gloſam notant, commendant & ad hoc ſingularem dicunt. Bart. ibi. col. pen. & in l. auus neptis ff. de pact. & ibi. Pau. idem. Bart. Imol. & DD. in l. continuus. §. fi. ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. eod. tit. Vnde infert. Ant. Gom. 2. tomo. variar. cap. 10. num. 3. ad med. quod quilibet hæres poterit ſoluere debitum pro ſua parte inuito creditori, & remanet liberatus. ergo rectè ſequitur non poſſe cogi ad ſolutionem vniuerſi debiti vnũ ex duobus hæredibus; ſed tantum ad ſolutionem dimidij, cum in dimidiam hæreditatis

partem

partem ſucceſſerit, & in ea tantum repræſentet perſonam defuncti principalis debitoris.

7 Tertio nam nulli dubium eſt quod quando in contractu deducta eſt res merè diuidua, qualis eſt quæ pondere, numero, & menſura conſiſtit. vt in l. 2. §. harum. ff. de verb. oblig. etiam ſi aliquis ex hæredibus efficiatur non ſoluendo, alij cohæredes non tenentur pro eo, ſed quilibet pro parte ſuæ hæreditatis. l. fi. C. depoſiti. l. Lucius ff. famil. herciſcundæ. l. in naue Sauphei. ff. locati. l. ſi Titius. ff. pro ſocio. l. ſi filio. ff. de inoffic. teſtam. tex. ſing. in l. 2. C. ſi plures vna ſententia. vbi habetur quod licet ex contractu vel obligatione plures teneantur inſolidum, tamen ſi iudex eos ſimpliciter condemnauit, in ſententia videtur ius obligationis diuiſum, & licet vnus eorum non ſit ſoluendo, alij non tenentur: quia cum ſemel per legem vel iudicem ſit diuiſa obligatio, periculum vnius non onerat alios. l. legatorum petitio. ff. de leg. 2. l. 3. ff. de alim. & cib. leg. l. inter eos. §. cum inter. ff. de fid. inſtrum. ergo ſi vnus ex hæredibus non tenetur pro alio, non ſoluendo effecto, ſed tantum pro parte ſuæ hæreditatis; multo minus tenebitur pro eo, qui eſt ſoluendo.

8 Quarto pondero textum difficilem, in l. ſeruo legato. §. teſtator. ff. de leg. 1. ibi: *ſi teſtator quoſdam ex hæredibus iuſſerit æs alienum ſoluere: non creditores habebunt aduerſus eos actioni*. Ex quo tex. deducitur, quod in tantum eſt vera hęc opinio & concluſio, quòd hæres non teneatur niſi pro parte ſua hereditaria pro debitis defuncti, vt etiam ſi teſtator vnum ex hæredibus iuſſerit vniuerſum debitum ſoluere, adhuc non poſſit ad id compelli à creditoribus. ergo multo minus compelli poterit voluntate defuncti ad hoc deficiente.

9 Nèc huic veriſsimæ concluſioni obſtat. tex. in l. cum ab vno. ff. de leg. 2. vbi ſi vnus ex hæredibus grauatur per teſtatorem vxori ſoluere dotem, ille ſolus tenetur & non alius, & vxor poterit agere contra eum ſolum pro vniuerſa dote; nam reſpondetur tex. illum loqui de ſolutione dotis, in cuius fa-

uorem plurima in iure noſtro paſſim inueniuntur ſtatuta priuilegia. l. 1. ff. ſoluto matrim. cap. fin. de re iud. & vtrobiquè DD.

10 Nequè item obſtat text. in cap. tua nos. de vſur. vbi dicitur hæredes cogendos eſſe ad reſtituendas vſuras à defuncto extortas. nam debet intelligi iuxta mentem gloſ. ibi verbo cogendi. communiter receptæ cogendos eſſe pro hæreditaria portione; non autem in ſolidum; vel etiam vnum ex hæredibus cogi poſſe pro vniuerſa vſurarum ſumma, ſi ad eum ſolum in ſua hæreditaria portione peruenerit. Pro qua veriſſima reſponſione & interpretatione facit text. ſingul. in l. quod diximus. §. fin. ff. quod met. cauſ. cuius hæc ſunt verba: *hæc actio hæredi, cæteriſquè ſucceſſoribus, quoniam rei habet perſecutionem: in hæredem autem, & cæteros, in id, quod peruenit ad eos, datur non immerito; licet enim pœna ad hæredem non tranſeat, attamen quòd turpiter, vel ſcelere quæſitum eſt, (vt eſt reſcriptum) ad compendium hæredis non debet pertinere.* Itaque hæredes non tenentur pro debitis defuncti, niſi pro portione hæreditaria, vel pro vniuerſo debito, ſi procedit ex mala acquiſitione, quæ ad vnum ex hæredibus peruenit, nam tunc ipſe ſolus tenetur ex ratione d. §. fin.

11 Qua ſententia vt veriori retenta. Non obſtat fundamenta pro contraria adducta ſupra à numero 2. nam ad primum de text. in dicta l. tutor. §. Lucius. ff. de vſur. reſpondeo cum doctiſſ. Anton. Gom. 2. tomo variar. cap. 10. num. 3. text. illum, in quo cauetur creditorem non poſſe cogi recipere particularem ſolutionem, intelligendum eſſe, principali debitore ſoluente, ſed ſi non ipſe ſoluerit, ſed hæredes eius debeant ſoluere, tenebitur creditor particularem cuiuslibet hæredis portionem recipere vſquè ad condignam ſui crediti ſatisfactionem, ex iuribus & rationibus ſupra à num. 5. adductis.

Nequè item obſtat text. in l. 2. §. ex his. ff. de verborum obligation. vbi hæredes pro parte ſoluendo non liberantur. nam debet intelligi in actibus vel contractibus in-

di-

diuiduis; quod ſecus eſt in diuiduis prout eſt iſte, vt tenent Cinus & Bart. in l. 3. C. de negoc. geſt. per text. ibi. quos refert & ſequitur Ant. Gom. vbi ſupra numero tertio propè finem. Contractus enim quatuor modis dici poteſt diuiduus, vel indiuiduus. Primo reſpectu obligationis: nam ſi in contractu continetur res, quæ pondere, numero, vel mēſura conſiſtit, talis contractus eſt diuiduus. iuxta text. expreſſum in l. 2. §. & harum. ff. de verborum obligat. & ibi gloſ. Bart. Alb. Angel. Paul. Imol. Aretin. Cum. Alexand. Rip. Iaſ. & communiter Doct. Secundo reſpectu diſtributionis, & diuiſionis inter hæredes, quo caſu etiam eſt diuiduus: quia mortuo debitore ex teſtamento, vel ab inteſtato, hæredes tenentur ſoluere debitū pro rata ſecundum ſuas portiones hæreditarias, & ipſo iure diuiditur inter eos actio, & obligatio. l. in executione. verſic. prima ſpecies. & ibi commun. Doct. ff. de verbor. obligat. cum alijs ſupra num. 5. citatis. & vtrobiquè Doctor. communiter. Ioan. Nicol. in l. generaliter. num. 120. C. de ſecund. nupt. & Arias Pinell. in l. 1. §. 3. pagina 14. colum. 3. & 4. & pagina 141. & 158. columna 2. Tertio reſpectu ſolutionis: nam ſi pars pecuniæ, vel quantitatis debitæ, vel eius rei, quæ pondere, numero, vel mēſura conſiſtit, ſoluatur creditori, tenet ſolutio. vt in dicto §. & harum. l. nam & ſi fur. in fine. ff. ſi certum petatur. & l. ſi Stichus. in fin. ff. de ſolutio. cum ſimilibus. Quarto deniquè ratione liberationis & effectus: quia ſi debitor ſoluit partem pecuniæ, & creditor recipiat, ſtatim remanet liberatus. l. ſi ſtipulati ſunt mihi. §. fin. ff. de ſolution. Quos quatuor caſus referunt vltra ſupra citat. Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur. columna 8. ff. de verborum obligat. & ibi Alb. & Iaſon. & Moderni communiter. & alij relati ab Anton. Gomeſ. vbi ſupra numero 6. in fin. quemlibet illorum proſequēte & explicante à dicto numero tertio, ad quem me refero.

12 Ex quibus iam apparet ge nuina. d. §. ex his, interpreta-

tatio. Nam cum Iur. conſ. in §. & harum. præced. dixiſſet ſtipulationum, quaſdam partium præſtationem recipere; quaſdam vero non, quaſi dixiſſet quaſdam eſſe diuiduas, quaſdam vero indiuiduas, ex dictis num. præcedent. proſequitur dicens: ex his, quæ partium præſtationem, & diuiſionem non recipiunt, ne hæredes quidem pro parte ſoluendo liberari poſſunt: non enim ex perſona hæredum cōditio obligationis immutatur. & ideo ſi diuiſionem res promiſſa non recipiat, hæredes promiſſoris ſinguli inſolidum tenentur. vt ait Iur. conſ. in dicto §. ex his. & in §. & ideo ſeq.

Vnde iam habetis in contractibus, & obligationibus diuiduis quocunquè modo hæredes ſolum pro portione hæreditaria teneri; in indiuiduis vèro omnes inſolidum teneri ex iuribus & rationibus ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an poſſit obligari in præiudicium ſucceſſoris?*

2 *Feudum ex pacto & prouidentia dicitur quod conceſſum eſt pro ſe & filijs, nulla facta mentione heredum: & verbum* hæredum *importat feudum hæreditarium, in quo ſuccedunt heredes vti heredes.*

3 *Feudum à Rege cōſtituitur prout ipſe vult.*

4 *Verbum* hæres *ſimpliciter prolatum in materia feudali, intelligitur de maſculo. & num. 20. & expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.*

5 *Feudum in dubio hereditarium iudicatur, & quomodo intelligatur. num. 22. & feudum regni Neapol. eſt hereditarium.*

6 *Filius heres patris alienantis feudum ex pacto & prouidentia an poſſit alienationem reuocare? & num. 23.*

7 *Feudi alienatio inducitur ex obligatione cum hypotheca facta pro debitore.*

8 *Bona fidei commiſſo ſubiecta, an poſſint alienari? & num. 25.*

9 *Feudum nouum an poſſit in præiudicium ſucceſſoris alienari? & num. 26.*

10 *Feudum ex pacto dicitur illud, in cuius acquiſitione non conſideratur perſona poſſidentis, ſed primi acquirentis, ex cuius pacto*

cto & prouidentia veniunt vocati.

11 *Ius defuncti per ipſius mortem extinguitur.*

12 *Feudo donato, quot fuerint ſucceſſores, tot dicuntur donationes.*

13 *Reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis.*

14 *Feudum maſculinum cum qualitate maſculini ſexus, dicitur ex pacto & prouidentia, non hæreditarium.*

15 *Fœmina non ſuccedit in feudum ex pacto & prouidentia, exiſtẽtibus maſculis.*

16 *Feudum ex pacto & prouidentia dicitur quando in eius ſucceſſione habitus fuit reſpectus ad primogenituram.*

17 *Feudum ex pacto & prouidentia non poteſt in obligationem deduci in præiudicium ſucceſſoris.*

18 *Diſſonantia ſcripturæ & lecturæ illius vitanda.*

19 *Inducta ad vnum effectum, non debent interpretari vt contrarium operentur.*

21 *Credendum non eſt Principem vnico verbo totam ſuæ diſpoſitionis naturam mutare velle.*

23 *Feudum ex pacto & prouidentia in hoc differt ab hæreditario, quod non poteſt hypotheca obligari in præiudicium ſucceſſoris abſque illius aſſenſu.*

24 *Vera interpretatio ad l. filiusfamil. §. cum pater. ff. de leg. 1. aſſignatur.*

35 *Interpretatur tex. in l. qui ſolidum. §. prædium. ff. de leg. 2.*

26 *Feudum quantumuis nouum nõ poteſt alienari in præiudicium ſucceſſoris.*

DISPVTATIO XXIV.

Feudum an poſſit obligari in præiudicium ſucceſſoris?

1 VERA huius quæſtionis reſpõſio pẽdet à perfecta reſolutione illius difficillimæ quæſtionis an ſcilicet feudum iſtud ſit hæreditariũ? vel ex pacto & prouidentia? Nam ſi hæreditarium eſſe cõcedamus, vtique in obligationem deduci potuiſſe fateamur neceſſe eſt. ex doctrina Ioan. Franc. de Ponte. deciſ. 11. num. 22. Si vero ex pacto & prouidẽtia eſſe probauerimus, obli-

Digitized by Google

obligari non potuiſſe in præiudicium ſucceſſoris in confeſſum veniet. ex cap. 1. de alie. feud. pat. & infra dicendis.

Quare vt in propoſita quæſtione verum veritatis Scopũ attingere valeamus, illam ad partes diſputare decreui vt ſæpius exagitata, magis in lucem ſplendeſcat. & potuiſſe licitè feudum cõmittatus obligari, & ſucceſſorem pro eo teneri ex ſequentibus probari videtur.

2 Primo nam ſi propter aliquam rationem non potuiſſet dictum feudum obligari etiam in præiudicium ſucceſſorum, ea maximè ſi feudum fuiſſet ex pacto & prouidentia; de cuius natura eſt vt non poſſit alienari in præiudicium ſucceſſorum. iuxta. tex. in cap. 1. de alienatione feudi paterni. Sed feudum iſtud nec eſt ex pacto, nec quando eſſet, ſufficeret ad hoc vt obligatio eius facta à patre, reuocetur à filio ſucceſſore. ergo licitè potuit in obligationem deduci & ſucceſſor pro ea tenetur.

Diſcurſus legitimus eſt: maior enim probatur ex d. cap. 1. iunctis his, quæ infra pro contraria opinione adducam. Minor autem, quæ duas in ſe cõtinet cõcluſiones, altera videlicet quòd feudũ iſtud non eſt ex pacto & prouidentia; altera vèro quòd etiam ſi eſſet ex pacto & prouidentia, adhuc valeret obligatio anteceſſoris, & pro ea teneretur ſucceſſor. quoad vtramque ex ſequentibus probatur.

Primo quoad primam; nam illud eſt feudum ex pacto & prouidentia quod conceſſum eſt pro ſe & filijs, vel pro ſe & liberis, nulla facta mentione hæredum. ex Doctr. Iul. Clar. in §. feudum. quæſt. 9. num. 3. additio enim verbi *hæredum* importat feudum hęreditariũ, in quo ſuccedunt hæredes vt hæredes. ex doctr. Bal. in l. cũ virum. num. 21. in fin. C. de fideicommiſ. & in cap. Imperialem. num. 19. de prohib. feud. alien. per Feder. Rip. in l. ex facto. §. ſi quis ita. num. 16. ff. ad Trebell. Iſern. in cap. 1. §. huius generis. In quib. cauſ. feud. amit. & in cap. 1. §. quod ergo. de inueſt. de re . alie. fact. Camill. de Curte. 1. p. diuerſorij iuris feudalis. fol. 48. num. 48. vbi plures refert.

Franc.

Franc. de Apõte. deciſ. 11. nu. 34. & 35. qui communem eſſe feudiſtarum Theoricam dicit. Sed feudum iſtud fuit cõceſſum cum qualitate hæredũ vt conſtat ex inſtrumento donationis ibi: *dicto Thomaſo & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus* & ex aſſenſu regio ibi: *eorumque hæredes & ſucceſſores*. ergo non eſt ex pacto & prouidentia,

3 Secũdo non ex pacto & prouidentia, ſed hæreditarium eſſe feudum iſtud ex eo clarè probari videtur: nam feudum à Rege conſtituitur prout ipſe vult. vt conſtat. ex cap. 1. in fin. de duob. fratrib. à cap. inueſt. & ex his quæ tradit. Iſern. in cap. 1. qual. vaſſ. iur. deb. fidel. num. 7. Sed non ſolum attenta prima huius feudi inueſtitura, ſed etiam attento regio conſenſu. præd. donationi impartito, reperiuntur verba illa *pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus maſculis &c.* ergo eos vt hæredes vocauit. l. ſi fuerit. l. ſed & ſi ſit. ff. de leg. 3. & conſequenter vti hæreditatem & feudum ſimul vti hæredes vocati caperent. iuxta l. quæſitũ §. 1. ff. de leg. 1. l. qui hæredi. §. ſi. ff. de cond. & dem. l. vt debitum. C. de hæreditar. act. l. 1. & 2. ff. de acquir. hæred. & factum defuncti ſeruarent. ex l. cum à matre. C. de rei vind. l. venditrici. C. de reb. al. non al. l. vendicantem. ff. de euictione. & auth. de iureiur. à mor. præſtito. ergo non ex pacto & prouidentia ſed hæreditarium eſt.

4 Nec huic fundamento ſatisfaciet qui dixerit procedere poſſe ſi verbis illis *pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus* non fuiſſet additum ſequens ibi: *maſculini ſexus.* quod importare videtur pactum, & prouidẽtiã, vt probat Lanar. conſ. 15. nu. 7. Nam illo verbo, non obſtãte, adhuc hæreditarium eſſe conſtat ex ſequenti non contemnendæ authoritatis fundamento: Nam verbum *hæres* intelligitur de filio maſculo in materia feudali. iuxta tex. expræſſum. in cap. 1. §. ſed diuerſorum. verſ. & ſi Clientulus. de alienat. feud. ibi: *quod verbum ita intelligendum eſt in feudo, id eſt ſine filio maſculo*. Sed expræſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. vt in l.

3. cum. ſimil. ff. de leg. ergo verbum illud *maſculis* additũ verbo *hæredibus*, nec pactum nec prouidentiam induit, neo naturam feudi mutat, quominus hæreditarium ſit.

5 Quarto nam huius feudi natura regulatur à prima inueſtitura, cùm ex prætenſa donatione non fuerit immutata. vt conſtat ex verbis aſſenſus Regij ibi. *natura feudi in aliquo non mutata.* Sed prima inueſtitura fuit cum qualitate hæreditaria, & ſi dubitaretur, in dubio ita iudicare debemus. ex communi feudiſtarum regnicolarũ ſchola. & ex d. Neapod. in conſuetud. & ſi teſtator. num. 8. ex capitulo Regni quod incipit Conſiderantes. ſub rubr. de prorog. ſucceſ. duratura. & quia huius regni feudum hæreditarium eſt. vt probant. Doct. omnes. præcipuè. Camill. de Curte. in diuerſ. iuris. feudal. fol. 45. num. 12. & Lofred. conſ. 1. num. 54. & ita hæreditaria etiam cenſeri debent cætera omnia. arg. cap. ſolicitudinem. de appellat. §. fi. inſt. de ſatiſdat. & eorum quę tradit. Paul. Caſtr. conſ. 164. vol. 2. maximè cum verbum *maſculus* nihil renouet ex ſupra dictis? Ergo non ex pacto & prouidentia, ſed hæreditarium eſt.

6 Quoad ſecundam partem primæ propoſitionis, de qua ſupra num. 2. nempe quod etiã ſi ſit feudum ex pacto & prouidentia, quod eſt ſubiectum reſtitutioni. ſecundum Iſern. in cap. 1. de ſucceſ. feudi. in cap. 1. §. quid ergo de inueſtitura de re aliena. fac. in cap. 1. §. præterea. ſi vaſſallus. quæ ſit prim. ea. benef. ammit. in c. 1. ſi vaſ. feu. priu. & in cap. 1. col. 2. de prohib. feudi. alien. per Feder. & Lanar. conſ. 69. num. 1. filius hæres patris nõ poteſt alienationem reuocare, vel impugnare. ex Bal. in cap. 1. §. hoc quoquè. de ſucceſ. feud. vbi Aluer. col. penul. Afflict. num. 29. & 32. Paul. de Caſtr. conſ. 207. vol. 2. Iacob in ſua inueſt. feud. verſic. & cum pacto de non alienando. col. 10. verſ. ſed quæro vtrum filij. num. 35.

7 Idquè ea ratione quam ex pluribus adducit & probat. Lanar. conſ. 69. num. 3. ſcilicet quia hæres ſe immiſcendo, videtur conſentire alienationi,

tioni, & ſuccedendo videtur approbare eam, vt repellatur à reuocatione; non tam quia ſucceſſit: ſed quia videtur cōprobaſſe: ergo rectè ſequitur filium hæredem & ſucceſſorem non ſolum non poſſe reuocare alienationem feudi, quæ inducitur ex obligatione etiam hypotheca facta pro debitore: ex cap. nulli. de reb. eccleſ. alien. vel non in antiq. decretal. & auth. de non alien. aut permut. reb. eccleſ. in rubr. & in nigro. §. nos igitur. & in §. ſi autem creditor. verum & pro ea teneri eo modo, quo pater tenebatur.

8 Secundo nam ſi rectè verba mentionatæ donationis feudi & aſſenſus Regij perpendantur, nihil aliud eſt niſi fideicommiſſum cum onere reſtituendi poſt mortem ſucceſſoribus relictum. Sed fideicommiſſo bona ſubiecta ab vltimo de familia alienari poſſunt. vt ex l. qui ſolidum. §. prædium. ff. de leg. 2. probauit Aponte decis. 39. num. 14. ergo rectè potuit feudum ab vltimo poſſeſſore in obligationem deduci.

9 Tertio & vltimo in materia feudorum ſuperior propoſitio probatur: nam feudum iſtud, (dato quod ſit ex pacto & prouidentia) eſt nouum feudum. Sed feudū nouum poteſt etiā in præiudicium ſucceſſoris alienari. cap. 1. de alienat. feud. pat. cap. 1. §. Titius. ſi de feudo defuncti. mil. cap. 1. §. ſed etiam res. per quos. fiat inueſtitura. & probat ex eiſdem iuribus Camillus de Curte in ſuo diuerſorio iuris feudalis fol. 58. num. 14. ergo euidenter ſequitur potuiſſe hypothecæ obligari dictum feudum etiam in præiudicium ſucceſſoris.

10 His tamen non obſtantibus fundamentis, contrariam ſententiam nempe feudum iſtud non eſſe hæreditarium, ſed ex pacto & prouidentia, & non potuiſſe obligari in præiudicium filij & ſucceſſoris, veriorem eſſe iudico ex ſequentibus.

Primo nam feudum ex pacto dicitur illud, in cuius acquiſitione non conſideratur perſona poſſidentis, ſed primi acquirentis, ex cuius pacto & ex prouidentia antecesſoris in eo venimus vocati: quia ius de-

functi per ipſius mortem extinguitur. l. vxor patrui. C. de legatis.

11 Dicitur enim conceſſio feudi ad tempus, & poſt tempus facta vnicuiquè ad vitam, & alteri poſt morientis vitam, & in vniuſcuiuſquè perſona non alieno, ſed proprio nomine & iure. argumento l. 2. C. de donation. quæ ſub modo. & eorum quæ docet Iſern. in cap. 1. columna 2. de eo, qui ſibi & hæredi. & in cap. 1. columna 2. ſi vaſſ. feud. priu. & in cap. 1. §. præterea. quæ ſit prim. cauſ. beneſ. amitt.

12 Vnde ſi fuerit donatum feudum, non dicitur donatio facta primo & omnibus ſucceſſoribus, ſed quot fuerint perſonæ, tot dicuntur donationes. vt in terminis docuit Lanar. conſil. 15. num. 8. & 9. Iſern. in cap. 1. §. hoc quoquè. de ſucceſſ. feudi. & in cap. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Federic. quem refert & ſequitur Camill. de Curte diuerſorio iuris feudal. folio 57. num. 4. quia mortuo ceſſionario, videtur feudum reuerſum ad Dominum concedentem, & iterum per dominum alteri datum, occultato vno actu vt coniunguntur plures. argum text. in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. & in ſpecie probat Iſern. in dicto §. præterea ducatus 1. & 2. additione.

13 Quapropter incolume ſucceſſoribus remanet. l. 3. ff. de interd. & releg. & poſſidens nihil in præiudicium ſucceſſoris vocati facere poteſt, & factum adueniente morte facientis, reſoluitur. l. 3. §. ſin autem ſub conditione. C. communia. de leg. Reſoluto enim iure dantis, reſoluitur ius accipientis. l. lex vectigal. ff. de pignor. Sed feudum iſtud eſt huiuſmodi, in quo non conſideratur perſona poſſidentis, ſed primi acquirentis, & donantis, ex cuius pacto veniunt vocati maſculi ſpecificè, non tanquam hæredes, ſed tanquam ſucceſſores maſculi, excluſis hæredibus fœminis. vt conſtat ex verbis dictæ donationis & aſſenſus Regij ſupra relatis num. 2. & 3. prout iam per ſacrum Conſilium fuit excluſa filia & hæres filij primo geniti donatoris, & admiſſus filius

filius ſecundo genitus dicti donatoris, qui ſi tanquam hæres fuiſſet admiſſus, ſequeretur fratrem teſtatoris excludere filiam ab hæreditate paterna contra reg. l. cum ratio. ff. de bon. damn. l. nam etſi parentibus. ff. de inofficioſo teſtam. l. ſi filius. l. inter cætera. ff. de liber. & poſthum. cum ſimil. ergo neceſſario fatendum eſt non hæreditarium, ſed ex pacto, & prouidentia eſſe feudum iſtud; & conſequenter non potuiſſe obligari in præiudicium ſucceſſoris vocati ex pacto, & prouidentia donatoris.

14 Secũdo nam nulli dubium eſt feudum maſculinum cum qualitate maſculini ſexus conceſſum, eſſe ex pacto & prouidentia non vero hæreditarium. vt ex plurimis probat Lanar. conſil. 15. num. 6. Afflict. in conſtitut. vt de ſucceſſionibus. num. 74. & in cap. 1. §. hoc quoquè. numero 83. de ſucceſſ. feud. hæreditar. Iſern. in cap. 1. §. & ſi libellus. verſic. quid ergo. num. 10. de alienat. feud. pater. & in cap. 1. §. huius autem generis. numero 11. ex quibus cauſ. feud. amitt. & plurimi alij tam Regnicolæ, quam exteri, quos enumerare potius laborioſum quam vtile eſſet, maximè ſtante deciſione text. in dicto cap. ſi clientulus. verſic. & ſi clientulus. de alienand. feud. vbi cum interpretetur verbum *hæredibus* de maſculis, dicitur quod ſi clientulus libellum fecerit, vel aliud de medietate feudi ſine domini voluntate, eo mortuo ſine liberis maſculis, ad dominum reuertitur. c. 1. §. profecto. C. de lege conradi. Sed feudum iſtud fuit cum qualitate maſculini ſexus donatum, vt ſæpe ſæpius diximus, & ex dictæ donationis inſtrumento, & Regio aſſenſu apparet. ergo non hæreditarium, ſed ex pacto & prouidentia eſt, & conſequenter obligari non potuit in præiudicium D. Michaelis ſucceſſoris.

15 Tertio, pro hac opinione pondero textum ad propoſitum elegantem in cap. 1. de eo qui ſibi vel hæredibus ſuis maſculis & fœminis inueſtituram accepit. vbi concepta ſunt verba inueſtituræ, ſeu feudi conceſſionis pro hæredi-

dibus iuxta formam in dicta rubrica & titulo contentam, hoc pacto. *vt ſi recipiens feudum illud decedat ſine filio maſculo relicta filia, ipſa non ſuccedat, ſed frater ipſius, qui eſt patruus dictæ filiæ.* & reddit rationem tex. *ibi. non enim patet locus fœmina in feudi ſucceſſione donec maſculis ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inueſtitus*, quod accidit & procedit regulariter in feudo ex pacto & prouidentia. vt probat Lofr. conſil. 1. num. 11. ex doctrina Iſern. in dicto capit. 1. columna ſecunda. in verſiculo hoc eſt regulare. ergo dicendum eſt feudum, de quo agimus, non hæreditarium, ſed ex pacto & prouidentia eſſe, cum fœmina fuerit excluſa, & admiſſus eius Patris patruus.

16 Quarto, feudum iſtud ex pacto & prouidentia eſſe; non vero hæreditarium ex eo maximè probatur; nam feudũ ex pacto dicitur quando in eius ſucceſſione habitus fuit reſpectus ad cõiunctionem ſanguinis, & ad primogeniturã. vt ex doctrina Iſern. in cap. 1. in princip. de ſucceſſ. feud. & in dicto cap. 1. §. præterea ſi vaſſallus. quæ ſit prima cauſa benefic. ammitt. à 5. columna notat. Lofred. dicto conſil. 1. numero 13. Lanar. conſil. 15. num. 8. Sed in hoc Comitatus feudo habitus fuit reſpectus ad ius ſanguinis, & ad primogenituram maſculini ſexus, vt conſtat ex dicto inſtrumento donationis ibi *ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus maſculini ſexus.* & ibi & *alij legitimi ſucceſſores, qui in dicto Comitatu ſuccederent; fœminis non extantibus, ſeruata forma gradus & ætatis. & omni futuro tẽpore dictus comitatus ſit et eſſe debeat Illuſtriſſimorum de domo de Afflictis maſculini ſexus tantũ.* Ergo eſt ex pacto & prouidentia.

17 Quinto habito pro conſtanti, quod ſit ex pacto vt probaui præcedentibus fundamentis, & infra probabo pro reſolutione contrariorum. Non potuiſſe in obligationem deduci in præiudicium ſucceſſoris, probatur ex dicto cap. 1. de alienat. feud. paterni ibi *alienatio feudi paterni non valet etiam domini voluntate, niſi agnatis conſentientibus ad quos be-*

beneficium quandoquè ſit reuerſurum. Ex quo tex. omnes feudiſtæ tã Regnicolæ, quam exteri hanc conſtituunt regulam & concluſionem.

18 Qua ſententia, vt veriori retenta. Nõ obſtãt fundamenta ſupra pro contraria adducta à num. 2. Nam ad primum quo dicebamus feudum iſtud eſſe hæreditarium: quia fuit conceſſum, & donatum cum qualitate hæreditaria addito verbo *heredibus*, tam in donatione, quam in Regio aſſenſu. reſpondeo cum d. Viuio verbum illud, *eorumquè heredes, & ſucceſſores* appoſitum in Regio aſſenſu, fuiſſe appoſitum enunciatiuè, vt diſpoſitionem declararet, & non vt alteraret, & naturam feudi recti mutaret in hæreditarium, prout in proprijs terminis deciſum fuit in Sacro Conſilio, vt conſtat ex deciſione D. Vincentij de Franchis. Si vero aliquis percunctetur quæ fuerit cauſa apponendi verbum illud enunciatiuè, ſi quidem adeo clara & manifeſta erat donatio, & eius Regius aſſenſus nulla indigeret declaratione, vt ex illius tenore apparet? Reſpondeo quod cum dixiſſet, *ſed quod habeant ſuccedere filij maſculini ſexus eius, cui fiebat donatio*. vt oſtenderet ad poſteros deueniendum eſſe. dixit *eorumquè hæredes & ſucceſſores*. vt euitaret notarius diſſonantiam quæ induceretur, ſi dixiſſet. *Sed quod habeant ſuccedere filij maſculini ſexus, eorumquè filij, & filij illorum*. maximè ſi non exiſterent filij poſſidentis, prout in facto contigit in vno ex ſucceſſoribus, qui nullo filio maſculo relicto, deceſſit, & ita ſucceſſit filius donatoris, & non anteceſſoris. Quod contingere non potuiſſet, ſi dixiſſet notarius, *eorumquè filij, & filij illorum*.

19 Præterea nam verbum *ſucceſſores* poſitum poſt verbum *hæredes*, refertur ad principalem diſpoſitionem Regij aſſẽſus, qui regulatur ſecundum intentionem donantis expreſſam in donatione, in qua expræſsè & præcisè vocantur ſucceſſores maſculini ſexus. Quã de certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis Rex Catholicus confirmauit viſam, lectam, iuxta ipſius ſeriem, & proinſerta in dicto aſſenſu habitam.

pro

Digitized by Google

dibus iuxta formam in dicta rubrica & titulo contentam, hoc pacto. *vt ſi recipiens feudum illud decedat ſine filio maſculo relicta filia, ipſa non ſuccedat, ſed frater ipſius, qui eſt patruus dictæ filiæ:* & reddit rationem tex. *ibi. non enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inueſtitus*, quod accidit & procedit regulariter in feudo ex pacto & prouidentia. vt probat Lofr. conſil. 1. num. 11. ex doctrina Iſern. in dicto capit. 1. columna ſecunda in verſiculo hoc eſt regulare. ergo dicendum eſt feudum, de quo agimus, non hæreditarium, ſed ex pacto & prouidentia eſſe, cum fœmina fuerit excluſa, & admiſſus eius Patris patruus.

16 Quarto, feudum iſtud ex pacto & prouidentia eſſe; non vero hæreditarium ex eo maximè probatur: nam feudū ex pacto dicitur quando in eius ſucceſſione habitus fuit reſpectus ad cōiunctionem ſanguinis, & ad primogeniturā. vt ex doctrina Iſern. in cap. 1. in princip. de ſucceſſ. feud. & in dicto cap. 1. §. præterea ſi vaſſallus: quæ ſit prima cauſa benefic. ammitt. à 5. columna notat. Lofred. dicto conſil. 1. numero 13. Lanar. conſil. 15. num. 8. Sed in hoc Comitatus feudo habitus fuit reſpectus ad ius ſanguinis, & ad primogenituram maſculini ſexus, vt conſtat ex dicto inſtrumentō donationis ibi *ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus maſculini ſexus.* & ibi & *alij legitimi ſucceſſores, qui in dicto Comitatu ſuccederent, fœminis non extantibus, ſeruata forma gradus & ætatis. & omni futuro tēpore dictus comitatus ſit et eſſe debeat Illuſtriſſimorum de domo de Afflictis maſculini ſexus tantū.* Ergo eſt ex pacto & prouidentia.

17 Quinto habito pro conſtanti, quod ſit ex pacto vt probaui præcedentibus fundamentis, & infra probabo pro reſolutione contrariorum. Non potuiſſe in obligationem deduci in præiudicium ſucceſſoris, probatur ex dicto cap. 1. de alienat. feud. paterni ibi *alienatio feudi paterni non valet etiam domini voluntate, niſi agnatis conſentientibus ad quos be-*

Digitized by Google

beneficium quandoquè ſit reuerſurum. Ex quo tex. omnes feudiſtæ, tã Regnicolæ, quam exteri hanc conſtituunt regulam & concluſionem.

18 Qua ſententia, vt veriori retenta. Nõ obſtãt fundamenta ſupra pro contraria adducta à num. 2. Nam ad primum quo dicebamus feudum iſtud eſſe hæreditarium: quia fuit conceſſum, & donatum cum qualitate hæreditaria addito verbo *hæredibus*, tam in donatione, quam in Regio aſſenſu. reſpondeo cum d. Viuio verbum illud, *eorumquè hæredes, & ſucceſſores* appoſitum in Regio aſſenſu, fuiſſe appoſitum enunciatiuè, vt diſpoſitionem declararet, & non vt alteraret, & naturam feudi recti mutaret in hæreditarium, prout in proprijs terminis deciſum fuit in Sacro Conſilio, vt conſtat ex deciſione D. Vincentij de Franchis. Si vero aliquis percunctetur quæ fuerit cauſa apponendi verbum illud enunciatiuè, ſi quidem adeo clara & manifeſta erat donatio, & eius Regius aſſenſus nulla indigeret declaratione, vt ex illius tenore apparet? Reſpondeo quod cum dixiſſet, *ſed quod habeant ſuccedere filij maſculini ſexus eius, cui fiebat donatio*. vt oſtenderet ad poſteros deueniendum eſſe. dixit *eorumquè hæredes & ſucceſſores*. vt euitaret notarius diſſonantiam quæ induceretur, ſi dixiſſet. *Sed quod habeant ſuccedere filij maſculini ſexus, eorumquè filij, & filij illorum*. maximè ſi non exiſterent filij poſſidentis, prout in facto contigit in vno ex ſucceſſoribus, qui nullo filio maſculo relicto, deceſſit, & ita ſucceſſit filius donatoris, & non anteceſſoris. Quod contingere non potuiſſet, ſi dixiſſet notarius, *eorumquè filij, & filij illorum*.

19 Præterea nam verbum *ſucceſſores* poſitum poſt verbum *hæredes*, refertur ad principalem diſpoſitionem Regij aſſẽſus, qui regulatur ſecundum intentionem donantis expreſſam in donatione, in qua expræſſè & præciſè vocantur ſucceſſores maſculini ſexus. Quã de certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis Rex Catholicus confirmauit viſam, lectam, ſuxta ipſius ſeriem, & proinſerta in dicto aſſenſu habitam.

pro

pro qua ſolutione pondero ſequentia verba dicti aſſenſus Regij ibi, *volentes & decernentes, quod huiuſmodi noſtrum priuilegium, & omnia in eo contenta, ſint & eſſe debeant vobis dictiſquè ſpectabilibus patri, & filio, & ſucceſſoribus veſtris nunc & omni futuro tempore firma, &c.* In qua clauſula non fuit appoſitum verbum *hæredibus:* quia quando appoſitum erat antea, ad nihil aliud deſeruiebat, niſi ad explicandam ſucceſſionem: quia ſi ad inducendam hæreditariam qualitatem, vtiquè in omnibus clauſulis fuiſſet appoſitum. Qua interpretatione ſic vt veriſſima admiſſa, ceſſabit illud iuris abſurdum, quod inducta ad vnum effectum, contrarium operarentur. contra l. qui fidem. 16. ff. de tranſactionib. Quod daretur vtiquè ſi feudū ex donatione rectum, ex conſenſu Regio interpoſito pro illius confirmatione, redderetur hæreditarium per additionem verbi *heres*.

20 Quomodo reſpondendum eſt ad ſecundum fundamentum pro contraria opinione numero 3. adductum. Nam ſi verum eſt (prout omnes fatentur) verbum *hæredes* in materia feudali intelligi de maſculis. ex dicto cap. ſi clientulus, & dicto cap. 1. §. profecto. de lege Conrradi. & expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. vt in dicta l. 3. ff. de leg. 1. Verbum *hæredes* additum verbo *filijs maſculis* non poteſt importare deciſionem, ſed eam declarationem, quam proximè induci diximus numero præcedenti: quia ſi deciſionem & ſic feudum hæreditarium importaret, iam operaretur aliquid expreſſio eorum, quæ iam inerant: Imo operaretur effectum contrariū voluntati Regis Catholic, voluntatem donantis confirmare volentis. contra dictam. l. 3. de leg. 1. & dictā. l. qui fidem. 16. ff. de tranſact.

21 Pro qua veriſſima ſolutione pondero verba dictæ donationis ibi *ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus*. & aſſenſus ibi *ordine & ſtatu primogenitorum ſeruato*. quæ verba hoc importunt, vt caſu, quo ſimpliciter vocādo hæredes eſſet feudum hæreditarium, mutata intelligatur natura illius, & tranſfuſa

fuſa in feudum rectum ex pacto & prouidentia. argumen. l. vxor. §. fin. ff. de legat. 1. l. ſi vno. ff. loc. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. quoniam per dicta verba videtur ſanguinis, & nō qualitatis hæreditariæ habita ratio. vt probat. Iſern. in cap. 1. §. donare. qual. olim. feu. alien. pot. col. 4. & col. 6. Bart. in l. quibus diebus. §. Terminus. ff. de condit. & demonſtr. ergo cum ab initio fuerit rectum, & ex pacto, & fuerint appoſita tot verba, ex quibus rectum fieret, etiam ſi fuiſſet hæreditarium à principio; credendum non eſt Catholicum Regem, qui iura tuetur, vnico verbo totam donationis feudi & ſui aſſenſus naturā & formam vertere, & perturbare voluiſſe. vt eleganter dixit. Iuſtin. in l. ſi quando in fin. principij. C. de inoffic. teſtam.

22 Nec item obſtat tertium; cui breuiter reſpondeo nos non verſari in dubijs: cum ex ſupra adductis ſatis euidenter appareat eſſe ex pacto feudum illud, de quo agimus. Nec obſtant verba illa *natura feudi in aliquo non mutata*. Quæ non ineptè retorqueri poſſunt pro hac noſtra opinione, illa intelligendo prout re vera intelligi debent, ita quòd licet in dicto aſſenſu fuerint appoſita aliqua verba dubia, prout verbum illud *hæredibus*, non ex hoc immutata videatur natura feudi ex pacto & prouidentia explicata & contenta in dicto inſtrumento donationis; quod licet non explicitè inſeruit Catholica Maieſtas in ſuo regio aſſenſu; implicitè tamen prò inſerto haberi voluit: natura feudi in aliquo ex expreſſis non mutata.

23 Nec obſtat primum ſecundi articuli fundamentum nu. 6. adductum, quo probare intendebam ſucceſſorem teneri pro hypothecaria obligatione huius feudi facta à patre, etiam ſi ſit feudum ex pacto: nam reſpondeo (ſalua pace Doctiſſimi Lanarij) contrarium eſſe verius ex iuribus, rationibus, & authoritatibus à me adductis: vt ſcilicet feudum ex pacto & prouidentia in hoc præcipuè differat ab hæreditario, quòd non poſſit alienari in præiuditium ſucceſſorum, abſquè illorum conſenſu. ex d.

cap. 1. de alien. feud. pater. cum ſimil. ſupra citat. & ita probat Afflict. in cap. 1. §. hoc quoquè de ſucceſ. feud. num. 29. & 32. licet illum pro contraria alleget Lanar. ſupra.

24 Neque obſtat ratio, quam pro illa ſua minus iuridica opinione adducit Lanar. nu. 3. videlicet quia hæres ſe immiſcendo videtur conſentire alienationi, & ſuccedendo videtur approbare eam vt repellatur à reuocatione; non tam quia ſucceſſit, ſed quia videtur comprobaſſe. Nam reſpondeo. tex. in l. filius fam. §. cum pater. ff. de leg. 1. cui maximè nititur Lanarij doctrina, totum ex diametro contrarium probare. Ait enim tex. quod ſi relictum ſit fundum fideicommiſſi nomine cum clauſula quod non exeat à familia, & teſtator relictis tribus filijs. d. fundum duobus, vel vni tãtum relinquerit, vel omnibus diſpari tamen portione, non poteſt ille, cui nihil fuit relictum, vel ſaltim minima pars, reuocare legatum fratribus factum. & reddit rationem iuris conſ. ibi. *verum eſt enim in familia reliquiſſe, licet vni reliquiſſet*: ergo ſi non reliquiſſet in familia, vtiquè reuocari potuiſſet. arg. tex. in l. cum mulier. ff. ſolut. matr. & l. item. 14. §. poſt annum. ff. quod met. cauſ. Vnde cum pater obligauerit pro facto alieno dictum feudum, quod fuit præcipuè & ſpecificè ſucceſſoribus de ſua familia relictum; rectè poterit reuocari à ſucceſſore, ne ad extraneum tranſeat, in hoc fraudata mente donantis. ex d. cap. 1. de alien. feud. pater. cum ſimil. ſupra cit.

25 Nec obſtat ſecundum de d. l. qui ſolidum. §. prædium. ff. de leg. 2. quia tam. tex. ille, quam doctrina Aponte. alleg. decis. 39. num. 14. intelligenda eſt quando alienatio fuit facta ab vltimo ſucceſſore, nullo de familia ſuperſtite, quo caſu rectè poteſt de bonis fideicommiſſo ſubiectis ad libitum diſponere. vt in d. §. prędium: aliàs enim nõ potuiſſet, prout non potuit obligari feudum iſtud exiſtente legitimo ſucceſſore. ex dictis. & ex l. cum fil. fam. ff. de milit. teſtamen. & ex doctr. Molinæ lib. 1. de Hiſp. primog. cap. 8. num. 21.

V Deni-

26 Deniquè non obſtat vltimum fundamentum ſupra adductum.nu.9. Nam reſpondeo negando eſſe feudum nouum iſtud, de quo agimus: cum reſpectu patris, qui in præiudicium filij ſucceſſoris illud obligauerit, habuerit tres ſucceſſores à tempore donationis. Vnde cum antiquum ſit, ceſſant authoritates ſupra adductæ. num. 9. & conſequẽter ſucceſſor poterit reuocare obligationem ab eius anteceſſore factam, licet quod etiam ſi ſit feudum nouum, dummodo ſit ex pacto & prouidentia, plures ſint, qui defendant adhùc non poſſe alienari à patre in præiudicium filij; imo cōmunem eſſe probet. Camill. de Curte vbi ſupra. fol. 58. n. 18.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ſimplicia curam animarum non habentia, poſſunt conferri in minoribus ordinibus conſtitutis. & quomodo id intelligatur? num.* 12.

2 *Teſtator non poteſt rebus ſpiritualibus qualitates imponere niſi de conſenſu Epiſcopi.*

3 *Teſtator non poteſt mutare canonum ordinem & conſtitutionem Eccleſia.*

4 *Diſpenſatio habilem reddit aliàs inhabilem.*

Et ea quæ ſunt de ſolemnitate intrinſeca, tacitè præſumuntur.

5 *Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.*

6 *Inſtitutus ex præſentatione eius, qui ius patronatus poſſidebat, remoueri non debet, licet ius patronatus ab eo poſtea euincatur.*

7 *Voluntas teſtatoris pro lege ſeruanda eſt in ſpecifica forma.*

8 *In caſu ad quem nec verba nec intentio teſtatoris adaptari poteſt; nec eius diſpoſitio locum habebit.*

9 *Idoneus ad beneficium dicitur qui poteſt & vult illi deſeruire.*

10 *Ablatiuus abſolutus conditionem importat, quæ in ſpecifica forma debet adimpleri.*

11 *Lex quam teſtator de rebus ſuis diſponens, impoſuerit, obſeruanda eſt.*

Et ſummus Pontifex per generales clauſulas appoſitas in ſuis litteris, non intendit præiudicare laicis, ne trahat ſe ab ædificationi-

tionibus eccleſiarum & fundatione beneficiorum.

13 *Conſenſus tacitus Epiſcopi ſufficit ad hoc vt qualitates rebus ſpiritualibus à teſtatore appoſitæ, ſubſiſtant.*

13 *Epiſcopus in beneficijs curatis aut ſacerdotalem ordinem annexum habentibus, non poteſt diſpenſare, niſi ex diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ.*

15 *Ordinatis ſine titulo tenetur ordinator de neceſſarijs prouidere donec titulum habeat.*

16 *Idem eſt non fieri & non iure fieri.*

17 *Interpretatur tex. in cap. conſultationibus de iurepatr. & reg. factum legitimè in 6.*

Et quæ contra ius fiunt, pro infectis haberi debent.

DISPVTATIO XXV.

Patronus legitimus ſucceſſor an poſſit excludere Capellanos præſentatos ab anteceſſore ex eo quòd tẽpore præſentationis non eſſent in ſacris conſtituti, prout eſſe debebant, attenta fundatoris diſpoſitione?

1 ATTENTA propoſitę diſputationis ſerie, negatiua, nempè huiuſmodi præſentatos iam non poſſe excludi ex ſequentibus probari videtur. Primo nam beneficia hęc ſimplicia & ſine cura ſunt, quæ de iure communi poſſunt conferri clericis etiam in minoribus conſtitutis; dũmodo quatuordecim annorum ætatis exiſtant. iuxta Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat. & voluit gl. in cap. ex eo. de elect. in 6. & ibi DD. & in cap. ſi eo tempore. de reſcrip. eod. lib. & Abb. in cap. 1. de ætat. & qualit. & intitulari poſſe colligitur. ex tex. in cap. cum ſecundum apoſtolum. de præben. ergo cum huiuſmodi prę ſentati non ſolum huius, ſed maioris fuerint ætatis dictæ præſentationis tempore, rectè ſequitur validam quidem eſſe.

2 Secundo nam licet teſtator dixerit quod ad illa beneficia præſententur ſacerdotes, & voluerit

luerit illa ſacerdotalia efficere; non tamen propter hoc ſacerdotalia dicuntur, nec recipiunt hanc qualitatem, niſi appareat Epiſcopum tempore inſtitutionis illorum huiuſmodi qualitati conſenſiſſe expreſsè. ex his quæ communiter tenent. Doct. Imol. col. 9. & Abb. in 4. notab. num. 4. & modern. in cap. cum dilectus. de conſuetud. Fel. in cap. cum acceſsiſſent. col. 7. de Conſt. Crau. conſ. 63. num. 5. Corn. conſ. 317. lib. 3. Sed hic non apparet de tali Epiſcopi conſenſu. ergo tanquam iuris communis diſpoſitioni conformis, retractari non debet præſentatio facta.

3 Tertio hæc ſententia ſuadetur, & ſuperius fundamentum corroboratur ex eo:, nam teſtator & fundator cum ſit perſona priuata, non poteſt mutare Canonum ordinem, & Eccleſiæ conſtitutionem. cap. tua. cap. requiſiſti. de teſtam. Nec in ſuo teſtamento facere vt leges in eo locum non habeant. l. nemo. ff. de leg. 1. Vnde cum beneficia illa tanquam ſimplicia etiam in minoribus conſtitutis de iure communi concedi poſſint, vt proximè probaui. rectè ſequitur tanquam legitimam retractari non poſſe præſentationem factam etiam in non ſacerdotibus.

4 Quarto nam poſito quod beneficia illa ſacerdotalia eſſe deberent, ex diſpenſatione tamen potuerũt conferri in minoribus conſtitutis: Diſpenſatio enim habilem reddit alias inhabilem, & idoneum aliàs non idoneum. cap. fin. extra de Cler. peregr. cap. litteras. de ſuppl. negl. præl. cap. diuerſis. de cler. conuigat. Quæ diſpenſatio cum fieri poſſit ab Epiſcopo. vt tenet. Abb. in cap. præterea. de ætat. & qualit. & in cap. cum acceſſiſſent de cõſtitution. vbi eum ſequuntur. Felin. in 7. & 8. col. tacitè præſumitur ex inſtitutione illorum, & conceſsione ſacrorum ordinum titulo illorum, & ex diuturnitate tẽporis. Ea enim quæ ſunt de ſolemnitate intrinſeca, tacitè præſumuntur. l. ſciendum. ff. de verb. oblig. §. ſi ſcriptum. inſtit. de inutil. ſtip. & §. fi. inſt. de fideiuſſ. ergo rectè ſequitur dictam præſentationem tanquam legitimam,

mam, retractari non poſſe.

5 Quinto, nam multa fieri prohibentur, quæ tamen facta, tenent. gloſ. verb. exemplis. in l. 1. §. caſum. ff. de poſtul. gloſ. verb. dabitur. in l. 1. ff. de excuſat. tutor. gloſſ. verb. dationem. in l. mutuo. §. 1. ff. de tutel. & verb. indultorum. in l. ſi finita. 15. §. ſi forte. ff. de damno infect. Vnde cum dicti præſentati fuerint inſtituti in dictis beneficijs, etiam ſi non potuiſſent præſentari, nec inſtitui, niſi in presbyteratus ordine conſtituti, dicendum eſt ab eis excludendos non eſſe. Tùm quia jam peruenerunt ad actum, à quo incipere debebāt. Tùm etiam quia ſi ab eis excluderentur, non haberent congruam ſuſtentationem. contra d. cap. cum ſecundum Apoſtolum. cum ſimilibus. & eis daretur occaſio mendicandi: quod iura maximè aborrent. cap. diaconi. §. mendicat. 93. diſtinc. & Concil. Tridentin. ſeſſ. 21. c. 2. de reform.

6 Sexto & vltimo pro hac ſententia pondero text. in capite conſultationibus. de iure patron. vbi Alexand. III. conſtituit inſtitutum ex præſentatione eius, qui tunc ius patron. Eccleſiæ poſſidebat, remoueri non debere, licet illud ius patron. ab eo poſtea euincatur. ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro.

7 Verùm contrariam ſententiam veriorem eſſe iudico ex ſequentibus. Primo nam certiſſimi iuris eſt hæredes non poſſe qualitates & conditiones, quas teſtator in beneficio inſtituit, & annexas beneficio à tempore, quo fuit fundatum, immutare, etiam de conſenſu Epiſcopi: nam voluntas teſtatoris ſeruanda eſt in ſpecifica forma. Clem. quia contingit. de relig. domibus. in princip. vbi Cardin. & Ioan. de Imol. idem in c. nos quidem. de teſtamen. vbi Ancharan. & Barbat. conſil. 23. colum. 1. volum. 1. & pro lege ſeruanda eſt. vulgar. l. verbis legis. ff. de verbor. ſignific. & authent. de nupt. §. diſponat coll. 4. & cap. vltima voluntas. 13. quæſt. 2. At in caſu noſtro extat expræſſa teſtatoris voluntas diſponentis, quod ad illa beneficia præſententur duo Capellani in ſacris Ordini-

ni-

Digitized by Google

nibus conſtituti tempore præſentationis : ergo cum non fuerint Sacerdotes remoueri poterũt à dictis beneficijs, & alij de nouo præſentari ex dicta Clementin. quia contingit. ad fin. princip. iuncto capit. conſiderauimus . de electione.

8 Secundo, nam in caſu ad quem nec verba, nec mentio teſtatoris ſeu fundatoris adaptari poſſunt, nec eius diſpoſitio locum habebit. l. 4. §. totiens. ff. de damno infecto. l. quod conſtitutum. ff. de teſtamen. milit. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. l. ita autem. ff. de adminiſt. tut. cap. indemnitatibus. §. ſed cum eas. de election. in 6. Sed illa verba teſtatoris, *quòd ſint duo ſaltem Capellani, & vnus Sacriſta qui ſint presbyteri tempore præſentationis*. non poſſunt adaptari ad præſentationẽ de prædictis factam. ergo nec eius diſpoſitio & conſequenter poterunt remoueri.

9 Tertio, nam teſtator habiles & idoneos eſſe voluit præſentandos tempore præſentationis: ſuper quo patronorum pro tempore futurorum conſcientias onerauit. Sed ille dicitur idoneus ad beneficiũ, qui poſſit & vellit beneficio deſeruire. cap. ſuper ordinata. de reſcript. voluntas enim & potentia requiruntur. iuxta l. 2. C. commun. de legat. vbi Bald. cap. cum ſuper. de officio deleg. vbi Ancharan. poſt alios. ergo dicendum eſt dictam præſentationem nullam eſſe, & conſequenter ad illam deueniendum

10 Quarto pro hac veriori ſententia pondero verba fundationis ibi, *qui ſint presbyteri tempore præſentationis*. Ex quibus Sacerdotalia fuiſſe facta huiuſmodi beneficia probat Barbat. conſil. 35. num. 8. volum. 2. & Lambert. de iurepatronat. lib. 2. 1. par. artic. 27. 7. quæſt. princip. num. 8. & paulo inferius ibi, *& conſtito quod ſint presbyteri, fiat illis collatio ab ordinario*, quæ verba conditionem important, iuxta l. à teſtatore. 108. ff. de condit. & demonſtrat. quæ in ſpecifica forma debet adimpleri. l. Meuius. cum ſimilibus. ff. de conditio. & demonſtrat. maximè cum ex geminatione verborum, quoad illam

lam

lam qualitaté inducatur quædam maior enixio voluntatis, quæ non poteſt reſtringi, ſed potius ampliari debet. ex doctrina Angel. conſil. 6. quem ſequuntur Aretin. Iaſ. Crot. & Rip. in l. 1. ff. de legat. 1. Dec. conſil. 336. columna 2. circa med. & conſil. 388. in fin. & alij quos refert Bologn. in d. l. 1.

11 Nec dubium eſt teſtatorem legem hanc in huiuſmodi inſtitutione apponere potuiſſe. Nam vltra ea, quæ infra dicam pro reſponſione ad ſecundum fundamentum partis aduerſæ, probatur euidenter ex dicto authent. de nupt. §. diſponat ibi, *diſponat itaquè vnuſquiſquè in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas.* & paulo inferius ibi, *vti légaſſet quiſquè ſuæ rei, ita ius eſto, nullo valente citra illius voluntatem, nec ſi ſacram impetret formam, nec ſi quiſpiam alius omnium aliquid diſponere malit.* & ex cap. cum dilectus. de conſuetud. ex quibus colligitur legem, quam teſtator de rebus ſuis diſponens, impoſuerit, obſeruandam eſſe. Vnde Summus Pontifex per generales clauſulas appoſitas in ſuis litteris, non intendit præiudicare laicis; ne trahant ſe ab ædificationibus Eccleſiarum, & fundatione beneficiorum. cap. cum dilectus. de iure patron. cap. vnic. eodem titulo in 6. & probat Rot. deciſ. 396. quam refert & ſequitur Domin. in cap. ſi pro clericis. de præbend. in 6. & Lambert. in dicto tractatu de iurepatron. lib. 2. parte 1. artic. 27. quæſt. 7. princip. numero 11. qui num. 12. aſſerit, ita bis in facti contingentia obtinuiſſe.

12 Qua ſententia vt veriori retenta, Non obſtant fundamenta pro contraria ſupra adducta: nam ad primum breuiter reſpondetur non habere locum, niſi in caſu, de quo loquitur; videlicet quando beneficia ſunt ſimplicia ex illorum erectione; & inſtit. tunc enim ſufficit, quod prima tonſura ſint initiati ad illa promouendi. ex iur. num. 1. adductis. At verò quando licet ſimplicia, ſunt inſtituta cum qualitate Sacerdotij, vt in caſu noſtro, tanquam ſacerdotalia neceſſario requirunt ordines ſacerdotales in præſentandis ad

ad ea: aliàs præſentatio erit inualida. ex latè ſupra adductis num. 9. & 10. & ex doctrina Roch. de Curte in tractatu de iure patron. verb. honorificũ. num. 21. & aliorum, quos ipſe ibi refert.

13 Nec obſtat ſecundum num. 2. adductum. nam licet verum ſit conſenſum Epiſcopi requiri ad hoc, vt qualitates à teſtatore circa ſpiritualia poſitæ, valeant; & in caſu noſtro expreſsè nõ appareat de eo. Nulli dubium eſt conſenſum tacitum Epiſcopi ſufficere prouenientem ex taciturnitate; maximè ſciente Epiſcopo teſtatorem talem qualitatem erectioni, & fundationi adieciſſe. ex doctrina Innocent. in cap. vera. in fin. de iure patron. per tex. in cap. 2. de his, quæ fiunt à prælat. ſine. conſen. cap. & reg. qui tacet. in 6. l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de procuratoribus. Clemen. 1. de procurator. cap. cum virum. de regular. & ibi Abb. notab. 4. & Bart. in l. quæ dotis. num. 20. ff. ſoluto matrimonio. & Tellus in l. 12. Tauri numero 18. Ex quibus reſponſum eſt etiam tertio fundamento adducto. ſup. num. 3.

14 Neque obſtat quartum, quo dicebamus ex diſpenſatione Epiſcopi, quæ ex collatione, ordinatione, & diuturnitate temporis inducitur, potuiſſe concedi huiuſmodi beneficia nõ Sacerdotibus, Nam contrarium verius quidem eſt, nec tacitè, neque expræſſè potuiſſe Epiſcopum diſpenſare. Primo, nam teſtatoris voluntas habetur pro lege. dicto §. diſponat. & dicta l. verbis legis. & dicto cap. vltima voluntas. Et contra legem Epiſcopus etiam diſpenſando, aliquid decernere non poteſt, cap. dilectus. de temp. ordin. cap. quod ſuper his. de maiorit. & obedien. Secundo nam Epiſcopus non poteſt diſpenſare niſi in caſibus à iure expreſſis. Rota deciſione 23. Tertio nam quamuis Epiſcopus poſſit diſpenſare cum eo, qui patitur defectum ordinis in beneficijs ſimplicibus, non requirentibus curam animarum, nec ordinem Sacerdotalem annexum. cap. vnic. de ætat. & qualitat. in 6. & cap. præterea. eodem tit. in antiq. In beneficijs tamen Curatis,

aut ſacerdotalem ordinem annexum habentibus, non poteſt. ex doct. gloſ. notab. in cap. 1. in 1. reſp. ver. tale. de filijs presbyt. in 6. per tex. ibi in fin. princ. niſi ex diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ. vt inquit text. in dicto cap. 1. de fil. presbyter. in 6. Vnde cum beneficia hæc ordinem ſacerdotalem annexum habeãt, ad ea præſentari illum non habẽtes, remoueri poterunt.

15 Nec item obſtat quintũm, nam reſpondeo quod illud inconueniens, propter quod vitandum, deberent præſentati manuteneri, videlicet ne detur eis occaſio mendicandi, ceſſat per diſpoſitionem text. in cap. 2. cap. Epiſcopus cap. tuis quæſtionibus. de præb. & dignit. cap. neminem. & cap. Sanctorum. diſtinct. 70. cap. ſi Epiſcopus. de præbend. in 6. cap. per tuas. cap. ſi quis ordinaueriti de ſimonia. in quibus diſponitur ordinatis ſine titulo, teneri ordinatorem, vel eius ſucceſſorem in neceſſarijs prouidere, donec titulum habeant. Vnde ceſſabit illud inconueniens, in ſuo robore permanẽte regula ſupra probata, non potuiſſe præſentari non Sacerdotes, & conſequẽter ad aliam præſentationem de nouo deueniendum eſſe.

16 Neque Epiſcopus ſe excuſare poterit dicens illos ordinaſſe ad titulum dictorum beneficiorum. Tùm quia imò ordinatio Sacerdotalis eſſe debebat titulus ad obtinenda beneficia ex ſupradictis, præcipuè numero decimo ibi, *& conſtito quod ſint presbyteri, fiat illis collatio ab ordinario*. Tùm etiam quia præſentatio, quæ inducit titulum, erat inualida ex defectu qualitatis ſacerdotalis, vt ſatis probaui. Vnde idem eſt non fieri, & non iure fieri ex doct. gloſ. verbo repetitionem. in l. 3. §. ſi liber. homo. num. 2. & conſequenter ſibi ipſi imputare poterit Epiſcopus, qui illos abſque titulo ordinauit.

17 Denique non obſtat ſextum & vltimum fundamentum pro contraria adductum num. 6. de tex. in d. cap. conſultationibus. de iure patron. Nam breuiter reſpondeo procedere quando inſtitutus fuerat præſentatus legitimè, ſecundum volũtatem teſtatoris:

Digitized by Google

quo caſu remouendus non eſt, etiam ſi fuerit præſentatus à patrono non legitimo. At vero in caſu noſtro contra expræſſam teſtatoris voluntatem fuit facta præſentatio, & ſic merito reuocanda, ex dictis. Vnde eadem etiam ratione ceſſat diſpoſitio regulæ factũ. de regulis iuris in ſexto: quia cum præſentatio, & collatio non fuerint factæ legitimè, ſed contra expræſſam teſtatoris voluntatem; etiam ſi poſtea fuerint Sacerdotes effecti, & ſic aduenerit caſus, à quo incipere debebat; adhuc retractari debet: ex his quæ notat gloſ. & Dyn. in d. reg. factũ. Quæ enim contra ius fiũt pro infectis haberi debent. reg. quod cõtra. in. 6. & alia de nouo pręſentatio fieri, nõ obſtante illa prima ex regl. n. 3. & 4. ff. de optione leg. & reg. non preſtat in 6.

Ex quibus omnibus concludendum eſt præſentationem, de qua agimus, ſubſtineri non poſſe ex ſupra late adductis. Quę comprobatur auctoritate Concilij Tridentini ſeſſione vigeſimaquinta de reformat. cap. 5. *ibi quando igitur ex beneficiorum quorumcunque erectione, ſeu fundatione, aut alijs conſtitutionibus, qualitates aliqua requiruntur, ſeu certa eis onera ſunt iniuncta in beneficiorum collatione, ſeu in quacunque alia diſpoſitione, eis non derogatur.* & paulo inferius ibi, *& aliter facta prouiſio ſubreptitia cenſeatur.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia foriudicationis redditur nulla ex defectu legitimæ citationis ad informandum.*

Et citatio continere debet peremptorium de neceſſitate apponendum.

2 *Contumax eſt, qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod peremptorium appellatur, litteris vocatus, præſentiam ſui facere contẽnit.*

3 *Sententia lata contra abſentem ſolemniter non citatum, eſt ipſo iure nulla.*

4 *Sententia lata cum inualido fundamento, non habet iuris firmitatem.*

5 *Fiſcus nec habet iuriſdictionem, nec pro tribunali ſedet, ſed locum accuſatoris tenet.*

6 *Iudex decernere debet citationem*

nem fieri in domo inquiſiti, ſi perſonaliter non poſſit haberi.

7 *Pro verbis Iudicis præſumitur, quatenus natura illorum eſt apta comprehendere id, de quo agitur,*

8 *Citationis relatio debet ſcribi per actuarium cauſæ: alias erit nulla citatio.*

9 *Sententia lata in diebus feriatis eſt nulla.*

10 *Tribunal Campaneæ ad modum belli poteſt procedere contra delinquentes in diebus feriatis, & ſequenti.*

12 *Modi procedendi contra reos abſentes, ſunt ſeptem remiſſiuè.*

DISPVTATIO XXVI.

Sententia foriudicationis an reddatur nulla ex defectu legitimæ citationis ad informandum?

1 SENTENTIAM foriudicationis reddi nullam ex defectu legitimæ citationis ad informandum, demonſtratur. Nam requiritur, quod contineat peremptoriũ, de neceſſitate apponendum, tam de iure communi. per l. contumacia, ff. de re iudicat. quam de iure Conſtit. Regni per conſtitut. edictorum. ibi, in verſic. *Citatio fiet vna pro omnibus, quæ peremptorium continebit*: aliàs enim citationem non valere. tenet Bart. & Alexand. in dicta l. contumacia. Afflict. num. 2. & addẽtes omnes in allegat. conſtitut. num. eod. & Foller. in ſua practica criminali. parte prima. ſecũdę partis. in verb. *vel eos verbaliter citari faciat*. num. 5. & magis clarè in propria materia foriudicationis. Ioan. Ant. de Nigr. in cap. Reg. incip. ſiuè quis. num. 19. verſiculo & etiam debet. vbi quãdo cauſa eſt criminalis, debet continere tempus, in quo citatus debet perſonaliter comparere, & debet eſſe peremptoria. Nec etiam continet equipollẽs, per quod forſan poſſet citatio ſubſtineri: quia ſimplex eſt, & nulla verba adſunt, quæ ipſum importent: vt in exemplo exponit Foller. loco ſupra citato num. 6.

Cum

Digitized by Google

2 Cum igitur citatio nulla ſit, duæ deſumuntur concluſiones, ad eundem finem tendentes. vna eſt quod ſtante dicta nullitate citationis ex defectu peremptorij, citatus cum ea non poterat reputari, neque dici contumax: nam ſecundum diffinitionem contumacis poſitam in l. contumacia §. 1. de re iudic. Contumax eſt, qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod vulgo peremptorium appellatur, litteris euocatus, præſentiam ſui facere contemnit. ſi ergo non contumax, quia non ritè & rectè citatus *l. 3. §.* condemnatum. ff. de re iudic. nequè poterat foriudicari: quia pœna foriudicationis eſt pœna contumaciæ, & ex contumacia prouenit. vt dicit de Franch. cum alijs ab ipſo relatis in deciſ. 213. num. 20.

3 Altera eſt, quod cum legitima citatio non præceſſerit, vt in dicta conſtit. dicitur, & reus abſens fuerit condemnatus, nulla eſt ipſo iure ſententia. prout notat gloſ. in dicta conſtit. in verb. continebit. per text. in l. ea quæ. C. quomodo, & quando iud. vbi Bartol. & alij communiter tenent; dicentes, quod ſententia lata contra abſentem ſolemniter non citatum, eſt ipſo iure nulla; prout ita in caſu noſtro ſententia foriudicationis debet declarari ex iſta prima nullitate, & alijs ſequentibus, licet ipſa ſola ſufficiat.

4 Et tanto magis quod in ea legitimè non fuit accuſata vltima contumacia coram officialibus habentibus iuriſdictionem, & ſedentibus pro tribunali, & ſic Curia pro Tribunali ſedente. vt Rit. 224. 225. & alij, ac communis obſeruantia requirunt. & tenet Foller loco citato. in verb. accuſentur contumaciæ. & ſucceſſiuè hæc ſecunda nullitas militans eſt, & ſententia prolata cum eius inualido fundamento non habet iuris firmitatem. d. l. ea quæ. C. quomodo & quand. iud.

5 Nec validari poteſt, quòd Regio Fiſco pro Tribunali ſedente, eo ipſo inſtante, fuit accuſata: quia Fiſcus nullam habet iuriſdictionem, & in conſequentiam non ſedit, nequè ſedere poteſt pro Tribunali, licet interueniat pro tuitione iu-

iurium fiſcalium, & locum accuſatoris teneat. Carauit. in Rit. 20. num. vltra quòd in loco, in quo aſſeritur accuſata, tunc temporis non aderat, & ſic non ſolum nulla eſt, ſed etiã parum conſona veritati. Quos defectus per tertiam nullitatem in ordine continet etiam citatio ad foriudicandum: cum eſſet neceſſe ſimiliter apponi peremptorium, iuxta tradita per Io. Andr. de Nigr. loco ſupra citato verſ. & antequam fiat foriudicatio.

6 Caret etiam alio ſubſtantiali requiſito, ſcilicet quod iudex non decernit ipſam citationem in domo banniti, ſi perſonaliter haberi non potuiſſet. Quod adeo neceſſarium eſt, vt ſi omittatur, nulla eſt ſententia foriudicationis. vt dicit Afflict. in conſt. pœnam eorum in vndecimo requiſito foriudicationis num. 44.

7 Et demum nulla eſt iſta foriudicatio: quia in relationibus Nuntius teſtatur inquiſitum citaſſe domi ſuæ ſolitæ habitationis, modo & forma, vt habuit in commiſsis. & in citatione fuit ſimpliciter commiſſum quòd citetur, nulla facta expræſſione, ſi ad domum vel perſonaliter. Quo caſu relatio debet latè ſcribi, ita quòd exprimatur facta diligẽti perquiſitione & non reperto de perſona, domi propriæ habitationis citaſſe. & talis expræſſio neceſſaria eſt; quia licet pro verbis iudicis præſumatur, quatenus natura verborum eſt apta compræhendere; non tamen ſic eſt in verbis Nuntij, & proinde imperfecta & inſufficiens eſt. Secundum. Bart. in l. 5. §. prætor ait. ff. de dam. infect. num. 13. verſ. ſi committetur ſimpliciter. & num. 14. Nam Nuntius non habens intellectum iuris, non præſumitur intellexiſſe vim huius generalis citationis, niſi in relatione declaret. & hoc idem in fortioribus terminis quãdo forma citandi expræſſa eſt in citatione, voluit etiam Alex. in conſ. 2. vol. 3.

8 Nec obſtat quod in Regno obſeruatur contrarium per Pragmaticam. 2. de ord. iud. & valet citatio ſine perquiſitione: quia conſt. citationis oppoſitum diſponit, & pragmatica prædicta intelligi debet

bet

bet ſaluo quod non proceditur ad ſententiam contumaciæ, niſi vnica ſaltim ſit facta citatio, vel conſtet quod ad notitiam peruenit: quia ipſe citatus, vel per procuratorem ſemel comparuit. Iuxta declarationem. Natt. in addit. ad conſ. Alex. & Afflict. in eadem. cōſt. num. 2. verſ. Sed hæc concluſio. Item eſt ſcripta relatio Nuncij per alium, quam per actuarium cauſæ. Ex quo redditur nulla. Thomas. Grammat. in conſ. 1. poſt. Reg. deciſ. num. 14. & idem Io. Andr. de Nigr. loco citato verſ. debet etiam.

9 Poſtremo dicitur nulla ſententia iſta fori iudicationis: quia lata & promulgata fuit ſub die 16. Iulij 1607. qua die celebratur feſtum Diuæ Mariæ de Bruno. & non poterat interponi. l. fin. C. de ferijs. cap. 1. ext. eod. ibi *neque aliquis ad mortem vel ad pænam iudicetur*. & licet de die Dominica iura prædicta loquantur, idem procedit in alijs ferijs ad honorem Dei. cap. conqueſtus. tit. eod. de ferijs ibi: *nec proceſſus habitus tenet de ſententia, quam contingit diebus huiuſmodi promulgari* & hoc idem firmat. Guidopa. in deciſ. 215. num. 9.

10 Nec obſtat dicere quod tribunal Cāpaneæ ad modū belli in dictis diebus procedere poteſt. per l. Prouinciarum Præſides. C. de ferijs. ibi *vt in quæſtionibus latronum nullum quadrageſimæ tempus, nec venerabilem Paſchæ diem exiſtimet excipiendum*. Quia lex prædicta continet caſum ſpecialem. vt Gloſ. dicit in eadem lege in verb. Paſchæ. & hac reſponſione ad eandem legem vtitur Boer. deciſ. 259. num. 8.

11 Secundo reſponderi poteſt quod lex prædicta non loquitur de decreto interponendo, & ſic de diffinitiuè ſententiando contra latrones prædictos, ſed ſolum de torquendo, & procedendo, & fabricādo proceſsū, vt ex ſui lectura apparet. Vel etiam ſecundum aliam Bal. lecturam de mittendo latronem ad furcas, & de exequendo ſententiam. Licet hoc nequè approbet. Boer. vltra caſum d. l. in alleg. deciſ. num. eodem. & quod ita intelligi debeat ſcilicet de torquendo & procedendo contra inſignes

latro-

latrones, qui publicè diffamati in domibus aut in itineribus vel mari violentias & aggreſſiones perpetrãtur, adducitur conſimilis diſpoſitio. cap. Regni incipientis *prouiſa* ſub titulo de modo procedendi contra inſignes latrones. Quæ diſpoſitio vt in hac reſponſione ſe habet, & ſecundum illam format eam quæſtionem Io. Grand. in ſuo tract. de bello exulum. in prædicam. quando. cap. 2. per tot. & hoc quando proceditur ad modum belli, & contra publicos latrones, contra quos ſolum omni tempore bellari poteſt. ſecundum eum.

12 Tertio & vltimo poteſt etiã reſponderi quod modi procedendi contra reos abſentes sũt ſeptem, enumerati per Ioan. Grand. in d. tract. de bello exulum. in Prædicam. de quantitate. cap. 1. inter quos relictis alijs, enumerat modum ſecundum conſt. Regni. Pœnam eorum & dicit eſſe ſeruanda requiſita. Afflict. in d. conſt. & ſecundum ipſum non procedi ad modum belli. Alios vero duos poſitos num. 7. & 8. eſſe ſecundum pragmaticas, quæ tribuunt gubernatoribus prouinciarum poteſtates bellandi etiam dato breui termino, & alijs ſolemnitatibus omiſſis, procedẽdi ad foriudicationem inquiſitorum abſentium, quibus tribunal in caſu noſtro non vſus fuit, ſed illo. d. conſt. Ergo ſolemnitas ipſius ſeruari debebat. & cum non ſeruauerit ſibi debet imputari, & non nocere aſſerto inquiſito. Arg. eorum quæ habentur per D. de Franch. in deciſ. 560. 4. p. etiam in materia foriudicationis & ex his pro foriudicato contra fiſcum Iudicaui in Regno Neapolis.

SVMMARIVM.

1 *Ad remittendum q̃ admittuntur de iure, qui ad accuſandum.*

2. *Mulier admittitur ad accuſandum pro morte ſoceri.*

3. *Vxor dicitur caput affinitatis.*

4 *Vxoris remiſſio an requiratur de nece mariti, concurrentibus conſanguineis ſucceſſoribus hæreditariis.*

5 *Ius vindictæ competit iure proprio, non vero hæreditario. & num. 13.*

Vxor

6 *Vxor eſt vna & eadem caro cum marito.*

7 *Iure Regni Neapol. attento, vxor non admittitur ad remittendum necem Mariti concurrentibus conſanguineis hæreditarijs ſucceſſoribus. & nu. 14.*

8 *Statuti verba non ſunt extendenda vltra caſus in eo expreſſos.*

9 *Qui remittit, repræſentat in omnibus & per omnia perſonam offenſi.*

10 *Repudians hæreditatem ad remiſſionem necis defuncti non admittitur.*

11 *Soror dotata, & à ſucceſſione per renunciationem excluſa, à remiſſionis neceſſitate excluditur.*

12 *Remiſſio non eſt exigenda à filio religionem mendicantium profitente.*

15 *Ex reiteratione verborum enixa voluntas diſponentis colligitur.*

16 *Attento iure communi, vxor admittitur tam ad accuſandum, quam ad remittendum pro nece mariti. Attento vero Iure Regni Neapol. licet admittatur ad accuſandum, non tamen ad remittendum, conſanguineis ſucceſſoribus hæreditarijs exiſtentibus.*

DISPVTATIO XXVII.

Remiſsio vxoris an ſit neceſſaria pro delicti compoſitione, concurrentibus alijs conſanguineis ſucceſſoribus hæreditarijs?

1 DE iure ſuper nece defuncti ad faciendum pacem, & ſuper delicto tranſigendum, ij admittuntur, qui ad accuſandum. vt latè poſt alios. Ant. Gom. var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 61. cum ſequentib. Placha in epitome. delict. lib. 1. cap. 39. Iul. Clar. quæſt. 58. quos refert & ſequitur. Farin. de accuſat. quæſt. 13. num. 1. & probatur. in l. fœmina. vbi gl. ordinaria. C. ad Turpil.

2 Vnde licet non habeamus legem expræſsè decidentem vxori competere ius accuſandi ſuper nece defuncti mariti; Bart. tamen. in l. 2. num. 2. ff. de accuſat. id probat. per arg.

Y à ma-

à maiori. Nam ſi poteſt accuſare de morte ſoceri vt in d. l. 2. Iuncta. l. lege Iulia. ff. de teſtibus. qui ſocer ſibi coniungitur mediante perſona mariti. Multo magis poterit accuſare pro nece ipſius mariti, vt probant. Bart. Bal. Cy. Fab. Ang. & Alber. in l. de crimine. C. qui accuſ. non poſſ. & eſſe magis communem ex pluribus à ſe citatis, probat. Farin. vbi ſupra. num. 14.

3 Præterea id etiam probatur nam ſi ius vindicandi necem defuncti competit affinibus, puta nurui, & alijs, qui enumerantur in l. 1. ad fin. ff. de poſtulan. & in d. l. 2. ff. de accuſat. vt ex pluribus communem eſſe dicens Farin. vbi ſupra. num. 13. Multo magis competere debet vxori, quæ dicitur caput affinitatis. gl. in l. non facile. ff. de gradib. Bal. in l. affinitatis. C. commun. de ſucceſſ. 1. col. & non ſolum dicitur viro coniuncta. l. ſi. §. cum autem. verſ. ſi in perſonas. vbi Bal. Aret. Sal. & alij. C. de fur. Verum etiam dicitur vna eademquè caro in cap. gaudemus. §. quia vero. de diuortijs.

4 Quibus ſic ſtantibus & pro regula conſtitutis. Punctus noſtræ diſputationis eſt an in compoſitione necis mariti requiratur remiſſio vxoris, concurrentibus alijs conſanguineis & ſucceſſoribus hæreditarijs? Et quia in facti contingentia dubium iſtud præmanibus habui in Regno Neapolis dum Iudex magnæ Curiæ vicariæ exiſterem, quæ ponderaui pro iuſtificatione mei voti & perfecta dubij reſolutione referam.

5 Et quidem neceſſariam eſſe vxoris remiſsionem videbatur dicendum. Primo nam ius vindictæ competit iure proprio; non vero hæreditario. l. quæſitum. ff. de ſepul. viol. l. pro hærede. §. fin. ff. de acquir. hæred. Bart. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & eſt communis. vt per Rip. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obl. probat Aponte de poteſt. Proreg. in titulo. de prouiſſ. fier. fol. §. 4. n. 20. ergo abſquè dubio dicendum eſt vxori nō ſolum competere ius accuſandi & remittendi ſuper nece mariti; ſed etiam eſſe præferendam alijs conſanguineis hæreditarijs: cum

cum in ea maior coniũctio & affectio concurrat. vt probat Ant. Gomez. d. cap. 1. num. 32. & cap. 3. num. 60. in fi. & Placha. dicto. cap. 45. num. 1. & 2.

6 Secundo nam quando agitur de vindicta necis mariti, ſeu de compoſitione & remiſſione illius, agitur quidem de re propria ipſius mulieris, quę vna & eadem caro eſt cum marito. Iuxta illud. Matth. 19. cap. relatum. in cap. gaudemus. §. quia vero. de diuort. & & in cap. debitum. de bigamis, & ſuam proſequi iniuriam, non ſuorum dicitur: cum fuerit priuata conſortio Mariti alijſque bonis, quæ ſecum matrimonij ſacramentum trahit. Ex quo cum efficiatur communis offenſa mariti, quia occiſus, & vxoris, quia eo priuata fuit; vxor agit nomine proprio tanquam pro iniuria ſibi illata. ſecundum. Io. Fabr. in §. patitur. inſt. de iniur. num. 4. & Aret. ibi, num. 1. quos refert & ſequitur. Farinac. de diuerſ. Crimin. quæſt. 105. num. 275. Ita limitando diſpoſitionem textus. in l. 2. ff. de inuir. & d. §. patitur. Ergo rectè ſequitur neceſſariam eſſe illius remiſſionem pro delicto componẽdo concurrentibus etiam alijs conſanguineis hæreditarijs.

7 His tamen non obſtantibus fundamentis, in caſu quem præ manibus habui in Regno Neapolis, contrarium verius exiſtimaui, attento iure illius Regni, & contrariæ fui ſententiæ & opinionis referente Dom. Papacoda, motus ex verbis Regiæ pragmaticæ. 8. de Compoſitionibus & cõmutationibus pœnarum ibi: *e para ſo dechiarare ſi come per la preſente dechiaramo, che la volontà noſtra è, che s'ottengano le remiſſioni predette da tutti li parenti di detti occiſi più proſſimi & più congiõti, alli quali ſe differiſce la ſucceſſione del morto*. Ex quibus verbis apertè deducitur tantum ad remittendum admittendos, quibus (cum proximiores ſint) ſucceſſio de iure defertur. Vnde cum vxor ſucceſſionis beneficio careat, niſi in caſu. l. 1. C. vnde vir & vxor: videlicet quando vni ex coniugibus decedenti, deficit omnis parentum, liberorum vè, ſeu propinquorum legitima vel naturalis ſucceſſio, neceſſario dicendum

dum eſt non eſſe neceſſariam vxoris remiſsonem concurrentibus alijs conſanguineis iure hæreditario ſuccedentibus. Et ita hanc ſententiam tenuerunt Pariſ. de Put. in verb. compoſitio. verſ. vltimo. num. 7. in tract. de Sindicat. Franch. & ibi addit. deciſ. 382. & Foller. ſuper. d. prag. 8. nu. 51.

8 Pro qua ſententia & opinione Primo facit nam ſtaturi verba non ſunt extendenda, niſi in caſibus, in quibus expreſsè loquuntur. Ex communi opinione quàm tenet Odofr. in l. certa forma. num. 12. C. de iur. fiſc. lib. 10.

9 Secundo nam ſi ratio ſtatuti requirentis hæreditariam qualitatem intrinſecus perpendatur, eam eſſe apparebit, vt ſcilicet is, qui remittere debet, repræſentet in omnibus & per omnia perſonam offenſi. Auth. de iureiur. à mor. præſt. in princ. Vnde cum ſi maritus viueret, poſſet abſque vxoris conſenſu offenſionem ſibi illatam remittere, ſicut pater viuo filio, imo eo inuito. ſecundum. Bart. in l. ſed ſi vnius §. filio fam. ff. de iniur. & l. in perſonam. vbi gl. & DD. ff. de pact. Fortius ipſo mortuo poterit pater hæres eius necem remittere, aut vindicare inuita vxore. Aliàs enim ſequeretur abſurdum quod vxor plus iuris haberet in patrem, quam filius ſi viueret, & quod plus valeret vxor mortuo viro, quã vir ipſe vita degens. Iuxta ea quæ tradit. Ang. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. num. 18. & ſeq. & Crot. ibidem. num. 110.

10 Tertio nã ſupradicta pragmatica duo reſpicit. Primum ius ſanguinis, quo quis naturali quodam affectu ad coniuncti necem vindicandam mouetur. Secundum ius ſuccedendi, quo debeat ad prælationem ſeu prærogatiuam vocari, nè omnes ſimul coniuncti admittantur, ſed ij duntaxat, quibus ſucceſsio defertur. Quibus attentis, ſi vnus ex proximioribus repudiaſſet hæreditatem, eius remiſsio ad pacem non eſſet neceſſaria. per ea quæ tradit Crot. vbi ſupra. num. 150. Alc. ibidem. num. 226. verſ. ſed reſponde. Ruin. ibidem. in 1. repet. numero 87.

Et

11 Et ita ſoror dotata, & à ſucceſſione per renunciationem excluſa. iuxta cap. quamuis pactum. de pact. libro 6. à remiſſionis neceſſitate excluditur, vt concludit Apont. de poteſt. Proreg. titulo de prouiſionibus fieri ſolitis. §. 4. & nouiſſ. doctiſſimus Regens de Tapia Marchio Belmõti in Iure Regni. lib. quarto. titulo de tranſact.

12 Item ſi filius religionem mendicantium ingrediatur, cum ſucceſſionis gradum non retineat. authent. Ingreſſi. C. de Sacroſanct. Eccleſ. non erit remiſſio ab eo exigenda, vt reſoluit Foller. in d. pragmat. 8. num. 74. Qui enim non ſuccedit, non habet ius accuſandi, nec remittendi. attenta d. pragm. 8. quam in hoc corrigere ius cõmune probat Aponte vbi ſupra num. 28. ex Foller. vbi ſupra nu. 39. 41. 44. 45. & 46. & Carauit. in Ritu 272. Baiar. in additio. ad Clar. quæſt. 58. num. 59. Igitur ſi filius & ſoror quando hæreditate carent, ius vindictæ aut remiſſionis non habent pro nece patris vel fratris, nec vxor habere poterit. Imò multo minus per ea quæ tradit Roman. in l. 1. ff. de in ius vocan. Socc. conſil. 30. verſiculo circa tertiam. volum. primo. & Miſin. Singul. obſeruat. cent. 6. obſeruat. 96. num. 5. & 6.

13 Nec huic veriſſimæ ſententiæ & concluſioni obſtant quæ pro contraria ponderabam. Nam ad primum. nu. 5. adductum, reſpõdetur verum eſſe attento iure communi, ius vindicandi & remittendi competere iure ſanguinis, non hæreditario. ex iuribus ibi adductis. Attento vero iure municipali illius Regni, vtrumquè requiri inſimul, ſcilicet ius ſanguinis, & ſucceſſionis hæreditariæ. ex dicta pragm. 8. quam in hoc ius commune derogare proximè diximus. & probat Aponte vbi ſupra numero 31.

14 Minus obſtat ſecundum. Nam licet vir & vxor vna & eadem perſona reputentur. ex illo Matth. 19. relato in iuribus. num. 6. adductis; Adhuc tamen, quia in vxore deeſt illa qualitas ſucceſſionis hæreditariæ à Regia pragmatica de neceſſitate requiſita, non debet præferri alijs conſanguineis

neis successoribus hæreditarijs. Sicut nec admitti filium, qui repudiauit hæreditatem, vel ex alia qualibet causa hæreditaria successione priuatur, probauimus supra num. 11. & 12. Licet vnus & eadem perso- 3
na reputentur pater & filius in l. in suis. ff. de liberis & posth.

15. Nec obstat quod suam videatur iniuriā prosequi vxor, cum agat abducto comite. vt inquit gloſ. & Andr. de Iſern. in constitut. summo periculo, per text. in l. item apud labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniur. & Carauit. ſuper Rit. 191. numero 6. Nam respondeo id posse admitti ad agendum ad finem puniēdi reum, iuxta dispositionem d. ritus 191. Secus autem ad remittēdum, ad quod non sufficit, quod quis prosequatur suam vel suorum iniustiam, tāquām 4
consanguineus, nisi sit successor insimul hæreditarius, vt in dicta pragm. 8. Ex quia enim aliā voluntas statuentis, vt si aliqua ex prædictis duabus qualitatibus defuerit, non admittatur ad remittendum, euidenter colligitur ex reiteratione illorum verborum: *Alli quali si differisse la successione del* 1
morto. pluries relatorum, iuxta doctrinam gloſ. penult. in l. balista 32. ff. ad Trebell.

16. Ex quibus concludendum est attento iure communi, vxorem admittendam esse tàm ad vindictam necis mariti, quàm ad compositionem, & remiſſionem illius. Attento vero iure Regni Neapol. vxorem (licet admittatur ad accusandum ex traditis per Carauit. d. Rit. 191. numero 6. 1
in fine) non admitti ad remittendum concurrentibus alijs consanguineis & successoribus hæreditarijs, ex d. pragm. 8. ex dictis suprà à num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Inter Iudicem loci commiſſi delicti, & originis delinquentium, datur præuentio. Et de iure melior est conditio poſſidentis.*
2 *Qui in prouincia quis peccauerit, illic etiam debitis supplicijs subijciendus est.*
3 *Iurisdictio Iudicis loci commiſſi delicti offensa dicitur, non iurisdictio loci originis delinquentis.*

Et

Et duo vincula fortiora ſunt vno.

4 *Præuentio per citationem attenditur in his; quæ iuriſdictionem concernunt.*

Et Vbi captum eſt iudicium, ibi terminari debet: ne continentia cauſæ diuidatur.

5 *Iudex originis abſquè partis querela procedere nequit.*

6 *In iure non reperitur cautum præuentionem realem verbali præferri.*

7 *Quando eidem Principi, & Regi ſubijciuntur Iudex originis, & loci delicti, abſquè controuerſia Iudex originis cauſam ad Iudicem loci delicti remittere debet ſub pœna lib. auri.*

8 *Præſcriptio non nocet præſcribere non valenti.*

9 *Affectata præuentio nulla eſt, & quæ dicatur affectata?*

10 *Ad capturam non eſt deueniendum, niſi capta prius informatione.*

11 *Citatione abſentium perpetuatur iuriſdictio.*

12 *Interpretatur tex. in cap. cum contingat. de foro compet.*

DISPVTATIO XXVIII.

Si Iudex loci commiſſi delicti carcerauit, habilitauit, citauit, contumacesq; reputauit. Deinde Iudex originis aliquos de inquiſitis prædictis carcerauerit. Quis eorum ſit præferendus in procedendo in cauſa?

1 IVDICEM originis debere præferri in caſu propoſitæ diſputationis videbatur dicendum ſtante eius præuentione reali carcerationis, nulla habita conſideratione de præuentione verbali citationis factæ à Iudice loci commiſſi delicti. Nam inter Iudices loci, & originis receptum eſt in Regno Neapol. dari præuentionem. ex Franch. deciſ. 37. num. 3. & deciſ. 88. num. 5. Sed præuentio realis præfertur verbali, quia vnuſ-

nuſquiſquè ſuam conatur tueri iuriſdictionem, & melior eſt conditio poſſidentis. l. ſiuè autem. §. duobus. ff. de public. in rem act. & probat Frāch. deciſ. 505. num. 14. Igitur abſquè dubio dicendum videtur Iudicem originis, qui inquiſitos carcerauit, eſſe præferendum in cauſa.

Secundo ex tex. in cap. cum contingat. de foro competent. vbi clericum delinquentē puniendum eſſe ab Epiſcopo originis, & non loci delicti dicitur. Et ita etiam fuiſſe deciſum in Sacro Neapolitano cōſilio, nempe quod Iudex originis, ſeu domicilij poſſit etiā per inquiſitionem cognoſcere de delictis extra territorium commiſſis ad finem puniendi. ex Bart. in l. ſi cui. §. fin. ff. de accuſat. & Couarr. practicar. quæſtion. cap. 11. numero 6. & alijs probat Franch. deciſ. 66.

2 Contraria tamen ſententia, nempe Iudici loci commiſſi delicti competere cauſam in caſu propoſitæ diſputationis, verior eſt, & probatur ex ſequentibus. Primo nam originis Iudex (quatenus cauſa penesi pſum reperiretur), ad loci Iudicem de neceſſitate, & non obſtante contraria conſuetudine, illam remittere debet. l. 1. & authent. qua in prouincia. C. vbi. de crimin. agi opport. ibi, *qua in prouincia quis deliquit, illic etiam iuri ſubijciatur*. authentic. vt nulli Iudicum. §. ſi quis compræhenſorum. columna 9. ibi, *ſi vero cognoſcatur, quod in alia prouincia degit, iubemus prouinciæ illius iudicem, in qua peccari quid huiuſmodi contigerit, Epiſtola publica, vt ad prouinciæ illius Iudicem, in qua delinquentis perſona degit; illum verò, qui publicas ſuſceperit litteras, & periculo ſuo & officij ſui comprahendere huiuſmodi, & ad Iudicem prouinciæ tranſmittere in qua peccauit, Supplicijs legitimis ſubijciendum*. Ex quibus ita probant Boer. deciſ. 29. nu. 1. & Grammat. deciſ. 26. nu. 3. 4. 5.

3 Licet enim reſpectu originis, ratio illa ne delicta maneant impunita, de qua in l. ita vulneratus. cum ſimil. ff. ad legem Aquil. poſſit conſiderari; tamen eius Iudicis iuriſdictio ob delictum alibi cō miſ-

miſſum offenſa non dicitur. ſed iuriſdictio loci, in quo fuit commiſſum. l. fin. vbi DD. ff. de iuriſdiction. omnium iudicum. cap. fin. de conſtit. in 6. & probat Grammat. dicta deciſ. 26. nu. 6. & 7. Vnde cum duo vincula fortiora ſint vno. authent. itaquè. & ibi gloſ. fin. C. commun. de ſucceſſ. & gloſ. verbo natos. in §. ſi igitur defunctus. in authent. de hæred. ab inteſt. ven. columna 8. neceſſario dicēdum eſt Iudicem loci commiſſi delicti præferēdum eſſe, ei què competere cauſam, quæ forte eſſet penes Iudicem originis.

4 Secundo, nam in his, quæ iuriſdictionem concernunt, præuentio per citationem attenditur. l. ſi quis poſtea quā. 7. ff. de iudic. etiam ſi ſuperueniat aliquod priuilegium, cuius virtute aliquis poſſet forum declinare: adhuc enim non eſt audiendus: quia vbi cœptum eſt iudicium, ibi fine debito terminari debet. l. vbi cœptum. 30. ff. eodem tit. ne continentia cauſæ diuidatur. contra l. nulli. 10. & ibi gloſ. C. de iudic. ergo cum non ſolum verbaliter, ſed etiam realiter carcerando Iudex loci commiſſi præuenerit in caſu propoſito, proculdubio dicendum eſt ad ipſum cauſæ cognitionem, & deciſionem pertinere.

5 Tertio & vltimo, nam originis Iudex abſquè partis querela procedere nequit. Secundum magis communem opinionem relatam à Iul. Clar. in ſua praxi criminal. libro 5. §. fin. quæſtione 39. numero 3. & 4. Grammat. dicta deciſ. 26. num. 9. & Farinac. de inquiſit. quæſt. 7. num. 19. qui infinitos hanc ſententiam, vt veriorem tenentes referunt, & ſequuntur. Ex quibus ſatis probatum extat cauſam ad Iudicem loci commiſſi delicti pertinere.

6 Nequè obſtant in contrarium adducta. Nam pro reſponſione ad primum notandum eſt, in iure non reperiri cautum prēuētionem realem verbali præferri, nec ad hoc probandum poteſt allegari deciſio Franch. 505. ideo enim ibi originis Iudex præfertur, quia verbalis præuentio Iudicis loci commiſſi delicti cum effectu non aderat, neque ad-

Digitized by Google

eſſe poterat; cum captura fuerit facta poſtquam inchoata fuerat informatio per Iudicé originis. vt ex eadem deciſ. colligitur num. 3. & 13.

7 Præterea nam quando eſſet verum, quod in iure probaretur præuentionem realem præ ferri verbali. Id eſſet admittendum, quando Iudices ſub diuerſo manerent Principe. Nam quando eidem Principi, & Regi ſubiacerent, tunc abſquè aliqua controuerſia Iudex originis etiam ſub pęna trium librarum auri, cauſam ad Iudicem loci commiſſi delecti remittere tenetur. Iuxta textum expræſſum in dicta Authent. vt nulli Iudicum. §. ſi verò quis compræhenſorum. & probat Boer. dicta deciſ. 29. num. 5. & 6.

8 Rurſus nam reſpectu Iudicis loci commiſſi delicti, non poteſt contra ipſum præuentio aliqua aſſignari in caſu propoſitæ diſputationis; Si quidem ſucceſſiuè ad actus incumbentes per ipſum fuerit proceſſum; tunc enim dicitur vera præuentio, quando vnus facit id, quod alius facere poteſt. Dictus autem loci Iudex cæteros inquiſitos capere non valuit extra ſuam iuriſdictionem abſque brachio Iudicis loci, in quo reperiuntur; Iudex autem originis illos carcerauit: quia eos in ſua iuriſdictione inuenit. Quod quidem nocere non poteſt Iudici commiſſi delicti loci, qui capta informatione, & citatis inquiſitis, ipſis tamen nondum reputatis contumacibus, quia nondum tranſacta erant fatalia citationum, ordine ſucceſſiuo, & abſque vllo temporis interuallo, in dicta cauſa proceſſit. Sicut præſcriptio non nocet præſcribere non valenti. vt ex plurimis probat Afflict. deciſ. 37. numero 1. & Vrſill. in addit. ad eundem numero 3. ibi. & in deciſion. 40. num. 9.

9 Vlterius nam præuētio quę oritur ex carceratione facta per Iudicem originis, nullum poteſt producere effectum, vt pote ex nullo procedens actu: nam carceratio prædicta nulla quidem eſt. Primo quia affectata, & ab inquiſitis procurata. Quo caſu valet proceſſus etiam ſecundi Iudicis. vt argumen. text. in §. tria one-

onera. in ver. affectare. inſtit. de excuſation. tutor. & plurimis author. probat Farinac. d. quæſt. 7. de inquiſit. num. 64. poſt Carauit. ſuper Ritu 269. num. 16. & Iul. Clar. quæſt. 34. verſic. de carcerato autem. Affectata enim carceratio dicitur, quæ poſt citationem factam à primo Iudice, ſequuta eſt. vt ex Iul. Clar. & Carauit. in locis proximè citatis & alijs ab eo adductis. notat Farinac. dicto numero 64. in fine.

10 Secundo, nam carceratio facta à Iudice loci originis, nulla eſt, vt pote fundamento carens eſſentiali, videlicet informatione, quam ipſe non cœperat. (Vnde etiam oritur maior affectationis ratio). Satis enim in comperto eſt ad capturam non eſſe deueniendum, niſi capta prius informatione. iuxta l. nullus. C. de exhib. reis. cum ſimil. Quando enim lex, vel ſtatutum, vel diſpoſitio ſe fundat in aliquo ſubiecto vel qualitate, prius & ante omnia debet de illo conſtare. l. 4. ff. de fideicommiſſ. libert. l. 1. §. prægnantem. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. l. is qui hæres. §. ſi quis dubitet. l. qui hæreditatem. l. hæres inſtitutus. ff. de acquiren. hæredit. & probant innumeri, quos referunt & ſequuntur Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 9. numero 1. & Farinac. quæſt. 2. de inquiſitione. numero 2. Indubitabilem eſſe concluſionem aſſerentes. Ergo indubitabile etiam erit nullam poſſe conſiderari præuentionem reſpectu dictæ carcerationis. Paria enim ſunt non eſſe, & non iure facta eſſe. l. 3. §. ſi liber homo. vbi gloſ. verb. repetitionem. iuncto §. ſequen. ff. de condition. cauſa data cau. non ſeq.

11 Nec dictis obſtat regula illa vulgaris, quod melior eſt conditio poſſidentis. Nam reſpondeo retorquendam eſſe regulam pro Iudice loci commiſſi delicti: qui verè dicitur in poſſeſſione eſſe procedendi in hac cauſa ratione informationis captæ per ipſum, carcerationis aliquorum, & relaxationis ſub fideiuſſione, & citationis abſentium. ex quibus perpetuata eſt iuriſdictio in

do. ut conſtat ex d. auth. quà in prouincia cum ſimilib. Iunctis quæ latè dixi ſupra diſputat. 4. num. 16. & in libello meo ſellectar. interpretat. pro interpretatione cap. gratum. de offic. deleg.

12 Deniquè non obſtat tex. in d. cap. cum contingat. de for. compet. ſupra num. 11. in fine adductus; quia ex illo textu ſolùm deducitur incolæ iudicem loci originis, & domicilij dari præuentionem, vt docent Iacob. de Rauenna & Albert. in l. hæres abſens. §. ſi quis tutelam. num. 8. ff. de iud. gl. in l. 1. & 2. C. vbi de crim. agi oport. recepta communiter, vt teſtatur. Couar. d. cap. 11. num. 8. Guidopapa quæſt. 202. num. 2. & 3. Iul. Clar. d. quæſt. 39. num. 3. Quod non negamus, negamus tamen fuiſſe præuentum à iudice originis, imò contrarium omninò ex ſupra probatis euidenter apparet.

SUMMARIUM.

1 *Clericus apud ſæcularem iudicem criminis confeſſus, non eſt propterea ab eccleſiaſtico puniendus.*

2 *Quod nullum eſt, nullum iuris effectum producit.*

Et dictio aliqua *adiecta alicui termino, facit de quocunquè minimò intelligi.*

3 *Dictio* propter *denotat cauſam remotam.*

4 *Confeſſio facta à Clerico coram iudice Eccleſiaſtico, alterius tamen diœceſis, habet vim extraiudicialis coram proprio Epiſcopo.*

5 *Quæ differentia ſit inter iudicem incompetentem & incapacem?*

6 *Confeſſio facta coram alijs officialibus, habet vim extraiudicialis coram proprijs. & num. ſeq.*

8 *Aſſerenti de facto proprio credendum eſt.*

9 *Factum in iudicio mutato, nullum eſt, neque vllum producit effectum.*

10 *Interpretatur tex. in l. Diuus. ff. de cuſtod. & exhib. reor.*

11 *Interpretatur tex. in l. ſancimus. C. de agric. & conſ. lib. 11.*

Et Notario in his quæ ad ſuum ſpectant officium, fides adhibetur.

12 *Confeſſio extraiudicialis debet probari per duos ſaltem teſtes, qui ſint conteſtes de loco, tempore, & cauſa ſcientiæ, & deponant*

ponant examinati cum iuramento.

13 *Actis coram iudice factis & per actuarium ſcriptis, plena fides adhibetur in his, quæ attinent ad officium iudicis.*

DISPVTATIO XXIX.

Confeſſio facta à Clerico coram iudice ſæculari, an valeat in vim extraiudicialis coram eccleſiaſtico?

1 FIRMA & indubitabilis concluſio eſt in iure noſtro, clericũ apud ſæcularem iudicem crimen confeſſum, non eſſe propterea ab eccleſiaſtico puniendum. vt probat. tex. in cap. At ſi clerici. de iudic. cap. olim. 25. verſ. cumquè. iuncto. verſ. ſeq. & verſ. fin. de reſcript. Et confirmari poteſt. ex l. Diuus Adrianus. 6. verſ. igitur. ff. de Cuſtod. reor. Quam exornant latè vltra ordinarios in dictis locis. Ant. Gom. 3. tom. var. cap. 12. à num. 8. Iul. Clar. quæſt. 55. Maſcard. de probatio. concluſ. 251. 1. tom. Cartar. de execut. ſent. cap. fi. à num. 218. & nouiſſimè. Farin. quæſtione 81. cap. 6.

2 Ex qua veriſſima concluſione oritur noſtra hæc diſputatio. An ſcilicet confeſſio facta à Clerico coram iudice ſæculari, valeat in vim extraiudicialis coram Eccleſiaſtico? Cuius propoſitionis negatiua probari videtur ex ſequentibus. Primo nam quod nullum eſt, nullum iuris effectum producit. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. l. ſi pater. & ibi gl. verb. ſtatus. C. ne de ſtatu. defunct. Sed virtute confeſsionis à Clerico factæ coram ſæculari iudice, non poteſt ab Eccleſiaſtico aliqua ſententia condemnari. vt conſtat ex verbis expræſsis. d. cap. At ſi clerici. ibi: *non ſunt propter hoc à ſuo Epiſcopo aliquatenus* (ſiue vt habetur in integra) *aliqua ſentẽtia condemnandi*. Quod verbum *aliqua* adiectum alicui termino, immutat eius naturam, & facit de quocunquè minimo intelligi. Iuxta l. eum qui. ff. de iuriſd. omn. iud. Ergo cum dicta confeſsio nec diffinitiuam nec interlocutoriam

(qua

(qua ad torturam eſt neceſſaria. l. 2. ff. de appell. recip. l. 1. §. cum quis. ff. de quæſt.) producat, euidenter ſequitur nullam eſſe.

3 Secundo nam licet confeſſio extraiudicialis nõ ſit cauſa proxima ad condemnationẽ rei confeſſi; eſt tamẽ cauſa remota, cũ ex ea reſultet inditium ad torturam. Vt habetur in gl. verb. accuſatori. in l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adult. & ex plurimis probat. Foller. in pract. crim. verb. & ſi confitebuntur. num. 22. & probatur in l. vnus. §. teſtes. ff. de quæſtionib. Sed confeſſio extra iudicialis facta à Clerico coram ſæculari, non poteſt eſſe cauſa remota ad condemnationem, vt conſtat ex d. cap. at ſi clerici ibi, *non ſunt propter* hoc, quæ dictio *propter* denotat cauſam remotam. l. eo tempore. 51. ibi *magis propter rem meam quam ex re mea.* ff. de pecul. & probat commun. ex Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limit. 20. à num. 24. Igitur non valet in vim extra iudicialis confeſſio iſta.

4 Tertio nam ſi confeſſio iſta haberet vim extraiudicialis quoad eccleſiaſticum; nulla eſſet differentia inter confeſſionem factam coram in capaci, & confeſſionem factam coram incompetenti iudice. Sed hoc eſt falſum: ergo & illud ex quo ſequitur.

Diſcurſus legitimus eſt. Sequela patet: nam confeſſio facta à Clerico coram Epiſcopo alterius diœc. nullum alium operatur effectum, niſi vt habeat vim extraiudicialis confeſſionis. ex originali doctr. Inn. in d. cap. at ſi clerici. de iudic. & in cap. per inquiſitionem. de elect. quem ſequuti ſunt. Bal. in l. 1. num. 96. & ibi Ang. num. 6. C. de confeſſ. Alex. in l. magiſtratibus. nu. 5. & ſeq. vbi de communi teſtatur Iaſ. num. 3. & Dec. num. 8. ff. de iuriſd. omn. iud. & Boer. deciſ. 90. num. 4. & ſeq. vbi num. 8. hanc dicit communem. & infiniti alij, quos refert & ſequitur Farin. de reo conuicto & confeſſ. q. 81. cap. 6. num. 206. ergo ſi confeſſio facta à Clerico coram ſæculari, haberet vim extraiudicialis, nulla eſſet differentia inter iudicem laicum, & Eccleſiaſticum.

Mi-

5 Minor autem licet ex ſe pateat, probatur: nam ea eſt differentia inter iudicem incompetentem, qualis eſt epiſcopus alterius diœceſis, & iudicem incapacem, qualis eſt laicus, (qui ex eo dicitur incapax. quia omnino, & directè, prohibitus eſt principaliter, & incidenter, de cauſis, & perſonis Eccleſiaſticis tractare. Iuxta. tex. cum materia. & ibi DD. in cap. 2. de iudic.) quod iuriſdictio iudicis incompetentis prorogari poteſt; in capacis autem etiam cum iuramento non poteſt. iux. tex. expræſſum. in cap. 1. cap. ſi diligenti. & cap. ſignificaſti. de for. compet. cum ſimil. Vnde in odium ſæcularium iudicum, qui temerè ſuper clericos iuriſdictionem vſurpare præſumunt, denegare voluit Sum. Pont. his confeſsionibus clericorum coram laicis factis, omnes illos effectus, quos aliàs attento iure, tanquam extraiudiciales habere potuiſſent, in d. cap. at ſi clerici. quos non denegauit confeſsionibus factis coram incompetenti iudice, Eccleſiaſtico tamen. vt eſt communis opinio tam canoniſtarum, quam legiſtarum. vt probaui ſupra. num. 4. Ergo rectè ſequitur conſequentia, confeſsionem ſcilicet à clerico factam coram iudice laico, non habere vim extra iudicialis quoad eccleſiaſticum.

Quam ſententiam (licet his non adductis fundamentis,) probarunt. Abb. num. 14. Ant. 28. Barbat. 74. Fel. 5. Bero. 38. Mant. 25. Ant. de Burg. 43. Hypol. 175. in d. cap. At ſi clerici. Bern. Diaz. in pract. cap. 125. num. 9. Maſcard. de probat. 1. tom. concl. 352. & plurimi alij relati à Farinac. vbi. ſup. num. 210.

6 Contraria tamen ſententia, imo quod confeſſio clerici coram ſæculari iudice facta, valeat in vim extra iudicialis, ex ſequentibus probatur. Primo ex tex. in l. Diuus. 6. ff. de Cuſtod. reor. ex quo deducit Bart. interpræetando verba illius. l. ibi & *interrogationes litteris incluſas & obſignatas ad cognitionem magiſtratus mittant.* confeſſionem factam coram officialibus, valere poſſe tanquam extraiudicialem.

7 Secundo probatur. ex tex. in l. cum ſcimus. in fin. C. de agricol.

agricul. & conſ. libro 1. vbi confeſſio facta coram notario, licet non valeat vt iudicialis, valet tamen tanquam extraiudicialis.

8 Tertio nam ea ratione confeſſio extraiudicialis inditium facit ad torturam, & cęteros alios effectus producit, quos referunt gloſ. Bart. & Doctor. in dictæ lege capite quinto. ff. de adulter. & Foller. d. verſic. & ſi confitebuntur. à numero 21. cum ſequen. quia aſſerenti de facto proprio credẽdum eſt. l. quæro. 58. in fin. ff. de ædilit. edict. Sed hæc ratio militat in confeſſione Clerici coram ſæculari facta; cum facta ſit ad interrogationẽ Iudicis; argumen. l. 1. ff. de verborum obligat. & l. 1. C. de præd. Decurion. lib. 10. l. fin. in princip. ff. de eo. quod met. cauſ. ergo idem etiam ius debet ſtatui. vulg. l. illud. ff. ad legem Aquil.

Quam ſententiam probarunt Bellamer. num. 16. Bald. 2. Imol. 9. Anchar. 8. Cardin. 2. Aretin. 25. Dec. 67. in dict. cap. at ſi Clerici. Iulius Clar. quæſtione 21. Anton. Gomez. dicto cap. 13. numero 8. Maſcard. de probat. concluſ. 348. numero 4. & concluſ. 497. & Farinac. vbi ſupra num. 207. qui aſſerunt hanc eſſe receptiorem ſententiam, & ab ea non eſſe recedendum in iudicando.

9 Sed ſalua pace tantorum virorum, ego contrariam veriorem eſſe iudico, & ab ea in iudicando, & conſulendo non recederem. Tùm ex fundamentis pro ea ſupra à numero ſecundo adductis; tùm etiam quia quod factum eſt in iudicio vetito, nullum eſt; nec vllum producit effectum. l. non dubium. C. de legib. ergo cum vetitum ſit iudicium laicorũ erga clericos in cap. 1. & per tot. de foro competen. & dicto cap. 2. cum ſimil. de iudic. neceſſario ſequitur confeſſionem in eo factam, nullum poſſe effectum neque iudicialis, neque extraiudicialis, producere. Cui fundamento & alijs ſupra adductis, non reſpondent contrariam opinionem tenentes. Tu autem ad eorum fundamenta facile reſpondebis.

10 Non igitur obſtat primum de text. in dicta l. Diuus. ff. de cuſtod. & exhib. reorum. nam

nam vltra quam quod ibi nullo modo probatur confeſſionem coram vno Iudice factam, habere vim extraiudicialis quo ad alium, etiam ſi Bart. illum text. ita interpretari velit; loquitur de confeſſione facta coram Iudice incompetenti, non ratione fori, ſed iuris dictionis, vt ex eodẽ textu conſtat. Quo caſu iam faſſi ſumus ſupra numero 4. talem confeſſionem habere vim extraiudicialis. Nos autem loquimur de confeſſione facta coram Iudice incompetenti, imò omnino incapaci ratione fieri; quo caſu nullum producere effectum indubitabile redditur ex ſupradictis.

11 Minus obſtat text. in dicta l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſ. libro vndecimo. numero 7. adducta. Nam ibi non valet confeſſio, nec producit effectum tãquam extraiudicialis, nec iudicialis, circa conditionem, nec ſcriptura priuata niſi à notario ſubſcripta, vel alijs legitimis modis adiuuetur. Ex ratione, quam aſſignat Imp. ibi, *melius etenim eſt in huiuſmodi difficultatibus pluribus capitulis conditiones oſtendi, & non ſolis confeſſionibus, neque ſcripturis homines fortè liberos ad deteriorem detrahi fortunam.* Si enim ſcriptura à notario publico ſignata probetur, conditio ſuum ſortitur effectũ propter authoritatẽ notario à lege conceſſam, cuius virtute illius aſſertioni fides adhibetur. cap. ad audientiam. de præſcript. l. ſi quis decurio. C. de falſ. & eſt communis quam refert, & ex plurimis probat Couarr. libro 2. variar. cap. 13. num. 2. Ex quo argumentari non poteſt ad caſum noſtræ propoſitæ diſputationis, in quo non ſolum talis confeſſio non corroboratur auctoritate Iudicis, coram quo fit, vt ſuum producere poſſit effectum; imò vitiatur ratione incapacitatis in odium illius Iudicis, qui contra diuinarum & humanarum legum diſpoſitionẽm, Eccleſiaſticarum rerum, & perſonarum negotijs ſe immiſcet. vt ſupra probaui numero 5. & infra probabimus in diſputatione ſequenti. In qua videbimus, quo iure fuerit laicis prohibitum de cauſis & perſonis Eccleſiaſticis cognoſcere.

12 Deniquè non obſtat vltimum fundamẽtum partis aduerſæ: Pro cuius ſolutione & reſponſione erit aduertendum confeſſionem extraiudicialẽ, vt ſuum operetur effectum, debere probari per duos ſaltim teſtes, qui conteſtes ſint de loco, tempore, & cauſa ſcientiæ. vt ex gloſ. in l. final. C. familiæ herciſcundæ & ibi Bart. & in l. finali. ff. de quæſt. columna finali. Bald. in l. 1. C. de teſtibus. verſic. quemlibet actum. Cyn. in l. generaliter. C. de non numerat. pecun. Innocen. in cap. per tuas. de probation. Alexander conſil. 18. volumine primo. & alijs, probat Foller. in ſua practica criminali verſic. & ſi confitebuntur. num. 1. & 2. & deponant examinati cum iuramento. Secundum Abb. in capit. cum olim. de dolo & contumacia. & Foller. vbi proximè numero 14. & 15. Vndè merito confeſſio à Clerico facta coram ſæculari Iudice, non producit effectum extraiudicialis: quia non eſt legitimè probata. ſecundum proximè dicta, licèt contrarium ſit in confeſſione à Clerico facta coram Iudice Eccleſiaſtico, licet in competenti.

13 Differentiæ ratio in eo conſiſtit, quod plena adhibetur fides actis coram Iudice factis, in his, quæ ad ſuum officium expectant, dummodo ſint per actuarium ſcripta. Iuxta tex. in cap. quoniam contra falſam. de probation. Quod ſecus eſt in Iudice laico incapaci, cui omnino prohibitum eſt negotijs Eccleſiaſticis ſe immiſcere, vt ſæpe ſæpius diximus ex dicto cap. 2. de Iudic. cum ſimilib. Cui licet credatur quoad acta coram eo & actuario facta in his quæ ſibi licent, & permiſſa ſunt à iure; non tamen creditur in his, quę ſibi ſunt omni iure prohibita: aliàs enim inducta ad vnum finem, contrarium producerent effectum. contra l. legata inutiliter 19. ff. de legatis 1. Quare mirum non eſt, ſi huiuſmodi confeſſio non producat effectum extraiudicialis ex defectu probationis, quam ad id omnino requiri ex ſupradictis apparet.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Quædam ſunt negotia merè Eccleſiaſtica, quædam non merè, quædam merè temporalia, quædam mixta.*

2 *Cauſæ merè Eccleſiaſticæ quæ ſint?*

3 *Cauſæ Eccleſiaſticæ, ſed non merè quæ dicantur?*

4 *Cauſæ merè temporales & profanæ, ſunt cauſæ omnes ciuiles & criminales laicorum.*

5 *Cauſæ mixtæ quæ ſint?*

6 *Lege Diuina cauſas merè & non merè Eccleſiaſticas à laicorum iuriſdictione exemptas eſſe probatur.*

7 *Primis naſcentis Eccleſiæ temporibus Clerici erant Principibus ſæcularibus ſubiecti.*

8 *Quæ à iure Diuino ſtatuta ſunt, nec Pontificio, nec Ciuili immutari poſſunt.*

9 *Verbum* decernimus *ius nouum inducit.*

10 *Ea dicuntur iuris Diuini eſſe; quæ in lege naturali vel Sacra Scriptura continentur.*

11 *A iure tàm Diuino, quàm humano laicis poteſtas in Eccleſiaſticas perſonas prohibita eſt.*

12 *Abſurdum eſt Patrem à filio, Magiſtrum à diſcipulo, & Superiorem ab inferiore corrigi.*

13 *Principes ſæculares protectionem Clericorum & Eccleſiarum exercere debent.*

14 *Interpratantur text. in cap. cum non ab homine. de iudic. & alij num.* 8. *adducti.*

15 *Laici de cauſis feudalibus Clericorum cognoſcere poſſunt, & quare?*

16 *Verbum* decernimus *aliquando ius vetus declarat ſecundum ſubiectam materiam.*

17 *Ius Diuinum ad inſtar iuris poſitiui, conſtat ex ſcripto & non ſcripto.*

18 *Moralia præcepta continent & declarant ius naturæ, quæ non ſunt abrogata, ſed nunc obligant, & ſemper obligabunt.*

19 *Laici ſunt prohibiti cognoſcere de cauſis merè Eccleſiaſticis, & de non merè; diuerſa tamen ratione.*

20 *Exemptio Clericorum à laicorũ poteſtate & iuriſdictione, non ſolum à Principibus ſæcularibus, verum etiam nec à Romano Pontifice tolli poteſt.*

DISPVTATIO XXX.

Laici an ſint prohibiti cognoſcere de cauſis Eccleſiaſticis de iure Diuino? an vero de iure tantum humano?

1 ANTEQVAM ad diſcurſū huius propoſitæ diſputationis deueniam, neceſſarium duxi nonnulla præmittere pro materię intelligentia, & vt vtilitatem reſolutionis illius adaptare poſſis cuicunque caſui poſtea contingenti. Præmitto igitur in iure reperiri quædam negotia merè Eccleſiaſtica: quædā Eccleſiaſtica, ſed non merè: alia merè temporalia, ſeu ſæcularia: & tandem nonnulla mixta. cap. vt inquiſitionis. §. prohibemus. de hæret. in 6. cap. ſuper eo. 12. de appellat. cap. 2. 4. quæſt. 1. cap. cum ſit generale. vbi gloſ. fin. Abb. & Anton. de Butr. num. 3. de foro competenti. text. vbi gloſ. fin. in authent. Clericus. C. de Epiſc. & Cler. gloſ. & Doctor. in ſumma. 11. quæſt. 1. ſed in explicandis huiuſmodi differentijs non ſatis conueniunt DD. vt conſtat ex Nauarr. in cap. nouit. notau. 6. num. 39. de iudic.

2 Tu tamen ommiſſis alijs, verius dicas cauſam merè eccleſiaſticam dici ſolam illam, quæ ex ſe, & ſua natura non niſi per ſpiritualium ſupernaturalium cognitionem decidi poteſt; & vt talis ad merè Eccleſiaſticam, ac ſubinde ad ſpiritualem iuriſdictionē pertinet: vt ſatis ex ipſa nominis annotatione. & dicto cap. vt inquiſitionis. §. prohibemus conſtat. Et ita cauſæ omnes ſpirituales, in quibus agitur de Eccleſiæ Sacramentis, de Fide Catholica, de cenſuris & clauibus Eccleſiæ, de beneficijs, & de alijs, quæ referuntur in Clementin 2. de iudic. merè Eccleſiaſticę ſunt. Cap. tuā. de ordine cognit. cap. cauſam què qui filij ſint legitimi. dicto verſiculo prohibemus. cū alijs ſupra cap. 2. de iudic. ibi *negotijs Eccleſiaſticis maximè de illis quæ ſpiritualia eſſe noſcuntur.*

Digitized by Google

tur. quæ vltima verba referuntur ad cauſas merè Eccleſiaſticas, quæ ſpirituales ſunt, licet generali nomine Eccleſiaſticæ ſoleant appellari.

3 Cauſæ vero Eccleſiaſticæ ſed non merè, dicuntur illæ, quæ quamuis ex ſe, & ſua natura profanæ ſint, & abſquè huiuſmodi ſpiritualium ſupernaturalium cognitione diffiniri valeant; nihilominus iuſtis de cauſis Eccleſiaſtico tantum iudicio ſunt reſeruatæ. vt colligitur ex ipſa nominis ethimologia. & d. §. prohibemus per argumentum à contrario. ex tex. in cap. quoniam. de immunitate Eccleſ. ibi; *ſuper cauſis Eccleſiaſticis, ſiuè quæ ad forum Eccleſiaſticum*. Quæ verba ſupponere videntur dari nonnullas cauſas ad Eccleſiaſticum forum pertinentes, quę tamen ex ſe & natura ſua non ſunt Eccleſiaſticæ: quo tendit Concil. Tridentin. ſeſſione vigeſimaquarta de reformat. cap. 20. in principio. dum ſignificat non vno tantum, ſed multis modis poſſe cauſas ad Eccleſiaſticum forum pertinere. Sic igitur cauſæ omnes Eccleſiarum & Clericorum, tàm ciuiles, quàm criminales, licet ex ſui natura temporales, & profanæ ſint; Eccleſiaſtico iudicio reſeruatæ, dicuntur Eccleſiaſticæ ex iure conſtituto ſecundum ea, quæ infra videbis.

4 Cauſæ autem merè temporales & profanæ dicuntur illæ, quæ ex ſe, & ſui natura ſæculares ſunt, & in totum pertinent ad forum ſæculare. dicto cap. quoniam. diſtinctio. capit. ſolitæ. de maiorit. & obedien. cap. nouit. de iudicijs. cap. cum ad verum. diſtinct. 96. quales ſunt cauſæ omnes ciuiles & criminales laicorum.

5 Cauſæ deniquè mixtæ illæ dicuntur, quæ licet ex ſe & natura ſua temporales ſint, iure tamen aliquo ad Eccleſiaſticam vel ſæcularem iuriſdictionem ſpectant, & à ſæculari vel Eccleſiaſtico Iudice definiri poteſt contra laicos. vt in dicto cap. cum ſit generale l. hæreditas. 53. in fin. ff. de petit. hæred. Itaut liberum ſit actori quem maluerit, Iudicem adire: & inter Eccleſiaſticum & ſæcularem locus ſit præuentioni. dicto capit. cum

cum ſit generale. Diximus autem contra laicos: quia contra clericos neque in his in foro ſæculari poteſt procedere iudex ſæcularis, propter reſeruationem & exemptionem, de qua in procedenti diſputatione. num. 1. & ſequentibus.

6 Quibus ita præmiſſis (ad noſtram propoſitam diſputationem deueniendo) DD. frequentius exiſtimant lege Diuina cauſas merè & non merè eccleſiaſticas, de quibus ſupra. num. 2. & 3. à laicorum iuriſdictione exemptas eſſe. vt ex gl. in cap. ſi Imperator. verſ. diſcution. 96. diſtin. & in cap. quamquam. ver. diuino. de cenſib. in 6. vbi DD. omnes probant. Hoſt. Io. And. & DD. in cap. 2. de maior. & obed. & commun. ex Dueñas. reg. 100. cum plurimis alij relatis à Zenedo. in Collectan. ad decretum. cap. 37. & 57. Zauallos. practic. quæſtionum. quæſt. 550. Anaſtaſ. lib. 3. de Sacror. Immunit. cap. 15. & 17. & lib. 1. animaduerſion. cap. 12. Farin. de inquiſit. quæſt. 8. Tiber. Decian. 1. tom. lib. 4. cap. 9. quorum ſententia & opinio ex ſequen. probatur.

Primo ex illo pſalmi 104. ibi *nolite tangere Chriſtos meos* & illo. Matth. cap. 7. ibi *ergo filij liberi ſunt.* & illo Conſtantini Imperat. teſtimonio relato. in cap. continua. & cap. ſacerdotibus. 11. quæſt. 1. & cap. futuram. 12. quæſt. 1.

Secundo probatur. ex tex. expreſſo. in d. cap. ſi imperator. 96. diſtinct. vbi Io. Papa teſtatur Clericos ex Diuina inſtitutione, non à principibus ſæcularibus, ſed ab Eccleſiaſticis, & eccleſiæ Prælatis eſſe ordinandos & iudicandos; quod etiam probatur. ex cap. Silueſter ibi: *contra leges Diuinas.* 11. quæſt. 1.

Tertio probatur. ex illo Geneſ. cap. 47. relato. in cap. tributum. §. quamuis. 23. quæſt. 8. ibi: *Domino tunc pronunciante in omni gente ſacerdotes liberos eſſe opportere.* Quibus verbis non diſſentiunt illa Eſdræ. lib. 1. cap. 7: ibi *vobis quoque notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus & leuiticis vt vectigal & tributum, & annonam non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos.*

Quarto euidenter probatur. ex tex. in d. cap. quamquam. de cenſib. lib. 6. ibi *cum*

igitur Eccleſiæ, Eccleſiaſticæquè perſonæ, ac res ipſarum, non ſolum iure humano; quinimo & Diuino, à ſecularium perſonarum exactione ſint immunes.

Quinto probatur ex cap. nimis. de Iureiur. ibi *de iure Diuino*. cap. non minus. de immunit. Eccleſ. ibi *qui Diuinæ legis notitiam non habebat*. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 20. ibi *Dei ordinatione*, & ibi *tanquam Dei præcipua*.

Sexto nam ſi hæc exemptio iure tantum humano inducta eſſet, poſſet vtiquè contraria conſuetudine ſaltem immemorabili tolli aut derogari. c. fin. vbi ego latè dixi, de conſuetudine. Sed hoc non eſt dicendum. ex cap. Clerici. de iudic. & dictis per Cou. & alios, quos refert & ſequitur Farin. ſup. num. 3. ergo nec illud.

7 Contraria tamen ſententia, imo iure tantum humano clericos exemptos eſſe à laicorum poteſtate, probatur ex ſequentibus. Primo nam primis naſcentis Eccleſiæ temporibus clerici erant Principibus ſæcularibus ſubiecti. vt conſtat ex illo Paul. ad Rom. cap. 12. relato in cap. omnis anima. de cenſib. & Actorum. cap. 25. ibi *ad Tribunal Cæſaris ſto, vbi oportet me iudicari*. & ibi *Cæſarem appello*. & 1. Petri. cap. 2. relato. in capitulo magnum. 15. quæſt. 1. & colligitur ex plurimis Romanorum Imperatorum conſtitutionibus, de quibus in tit. C. de ſacroſ. Eccleſ. & de Epiſc. & Cler. ergo non iure Diuino fuerunt exempti, quod anterius erat.

8 Secundo nam ſi iure Diuino inducta eſſet, nec Pontificio nec Ciuili immutari aut derogari poſſet. cap. ſunt quidam. 25. quæſt. 1. d. cap. fi. de conſuetud. §. ſed naturalia. inſt. de iure nat. gent. & ciuil. Sed in pleriſque caſibus immutatur. vt conſtat ex cap. cæterum. cap. cum non ab homine. de iudic. cap. ex tranſmiſſa. cap. verum de for. comp. cap. fin. de vit. & honeſt. Cler. cap. 1. de ſchiſmat. cap. 1. de homicid. lib. 6. ergo rectè ſequitur huiuſmodi exemptionem non eſſe inductam à iure Diuino.

9 Tertio pódero pro hac ſententia textum. in d. cap. 2. de iudic. ibi *decernimus*. Quod verbum ius nouum inducit. l. decerni-

cernimus. 16. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 3. C. de epiſc. aud. cap. decernimus. 32. 16. quæſt. 7. Clem. fin. de ætat. & qualit. vbi gl. verb. decernimus. ſimilis gl. in Clem. per litteras. de præb. ergo ſi de nouo hæc exemptio fuit inducta in d. cap. 2. rectè ſequitur non fuiſſe antea lege Diuina inductá.

10 Quarto nam ea ſola iuris Diuini eſſe dicuntur, quæ in lege naturali, vel ſacra ſcriptura continentur. cap. humanum genus. 1. diſt. cap. quo iurè. 8. diſt. cap. ego. 9. diſt. Sed exemptio Clericorum neque in l. naturali, nec Euangelica ſpecialiter reperitur, precepta: illud enim Pſalmi. 104. *Nolite tangere Chriſtos meos.* ſolum probat Dei miniſtris iniuriam irrogandam non eſſe, illud etiam. Mat. 17. cap. *filij ergo liberi ſunt* tantum probat Chriſtum Dominum vt potè filium Dei, & Regis omnium Regum, liberũ fuiſſe à tributis & iuriſdictione Imperatoris, vt explicat Molin. 1. tomo. tract. 2. diſput. 28. pag. 202. Quod longè diſtat ab exemptione clericorum. Cætera autem loca veteris teſtamenti non videntur ius Diuinum inducere obligatorium: lex enim vetus antiquata eſt adueniente lege Euãgelica. ex Diuo Pau. ad Galatas. cap. 3. & 4. ad Hebræos. 8. in fin. cap. translato. de conſtit. cap. vnico. de purificat. poſt part. Diu. Thom. 1. 2. quæſt. 104. art. 3. Cou. lib. 1. var. cap. 17.

Ex quibus hanc ſecundam ſententiam latè defendunt idẽ Cou. in practic. cap. 31. Soto in 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 2. Bellarm. lib. 1. de cler. cap. 28. Vañez. 2. 2. quæſt. 67. art. 1. & ibi Salon. controu. 1. concl. 4.

11 In qua opinionum contrarietate ego priorem veriorem eſſe iudico: exemptionem videlicet clericorum à laicorum poteſtate non ſolùm quo ad cauſas merè eccleſiaſticas, (in quibus nulla dubitatio eſt,) verum etiam quoad eccleſiaſticas non merè, ciuiles & criminales iure Diuino inductam eſſe. Et moueor vltra ſupra adducta à num. 6. ex cõcil. Lateranen. ſub Leone. 10. ſeſſ. 9. ibi *cum à iure tam Diuino, quam humano laicis poteſtas nulla in eccleſiaſticas perſonas tributa ſit.*

Præ-

12 Præterea nam ſacerdotes lege Diuina, Dij, Angeli, Paſtores, & patres appellātur. Pſalm. 49. & 81. & 4. Regum. cap. 6. Exodi. 22. Malach. 2. Paul. 1. ad Theſalon. c. vlt. & ad Rom. cap. 8. eademque lege honorare parentes iubemur. vt in 4. precepto decal. & ex Diu. Paul. ad Hebræos. cap. 12. quod non ſolum de carnalibus, ſed etiam de ſpiritualibus intelligendum eſt. Vnde cum abſurdum ſit, & rationi naturali cōtrarium, quod pater à filio, & magiſter à diſcipulo, & ſuperior ab inferiore corrigatur. cap. cum inferior. de maior. & obed. cap. quis dubitat. 96. diſt. ad illud vitandum neceſſario fatēdum eſt eadem etiam lege Diuina ſaltim implicitè fuiſſe inductam exemptionem cauſarum eccleſiaſticarum à iuriſdictione & poteſtate laicorum.

Ex quibus & alijs fundamentis defendunt hanc ſententiam Bellarm. religione & ſcientia præclarus. 3. tom. controuerſ. ad fin. in diſputatione hac de exemptione clericorum. Azor. lib. 5. inſti. moral. cap. 12. & Anaſtaſ. lib. 3. de ſacr. immun. cap. 15.

13 Qua retenta ſententia, non obſtant fundamenta pro contraria ſupra adducta à num. 7. Nam ad primum breuiter reſpondetur authoritates Diu. Petr. & Paul. de quibus ibi, potius probare Principibus ſæcularibus à clerico exhibendam eſſe reuerentiam pro merito humilitatis, propter protectionem, quam in clericos & eccleſias exercere debent; non vero propter authoritatem, & iuriſdictionem. vt colligitur. ex cap. ſolitæ. de maior. & obed. & ex hoc leges tit. C. de Sacroſ. eccleſ. & de Epiſc. & cler. & ſimiles, tolleratæ magis, quam approbatæ fuerunt à Pontificibus propter Imperatorum potentiam, & vt facilius Catholica fides propagaretur. Vnde cūm primum eccleſia poteſtatē habuit exequendi Sanctorum patrum traditionem, ex lege Diuina deductam, Cæſareas leges abrogauit. d. cap. Bene quidē 96. diſt. Tribunalia erexit, eccleſiaſticiſquè negotijs formam præſcripſit. cap. 1. cum ſeq. 11. quæſt. 1. cap. 1. cum ſeq. de iudic. & cap. 1. & per tot. de for. compet. & alijs. No-

Digitized by Google

uioreſque Pontifices excommunicationis pœnam contra laicos aliud ſtatuentes impoſuerunt. cap. aduerſus. cap. non minus. de immunitat. Eccleſ. & obſeruat Sahagu. in capit. 2. de iudic. num. 21.

14 Neque obſtat ſecundum fundamentum ex dicto capit. cum non ab homine. cum ſimil. num. 8. ſupra adductis. Nam in caſibus illorum iuriũ potius dici poſſunt illæ iuris Diuini declarationes, quam Põtificum conſtitutiones: Rationes enim, quibus probauimus clericorum exemptionem à lege Diuina ortum habere, ceſſant in his clericis, qui ab Eccleſiaſticis Iudicibus primo depoſiti, ſecundo excommunicati, tandem anathematizati in profundum malorum venientes, in criminibus perſeuerant. vt in dicto capit. cum non ab homine, in his etiam qui dimiſſa tonſura, & veſtibus clericalibus, multis ſceleribus ſe immiſcent. dicto capit. perpendimus. de ſentent. excommunicat. & cap. 1. de Apoſtatis.

15 De ciuilibus autem clericorum cauſis laici cognoſcere non poſſunt, niſi iuxta terminos dicto cap. cæterum. d. c. ex tranſmiſſa. & dict. cap. verũ. Videlicet de feudali cauſa, in qua ſingulare ius verſatur. ex cap. Imperialem de prohib. feud. alien per Feder. & ideo ſi clericus feudum à laico accipiat, coram eo tenetur reſpondere in quæſtione feudali. ex dicto cap. Verum. & gloſ. in Summ. 11. quæſt. 1. Abb. & Dec. num. 6. Felin. 3. in dicto cap. cæterum, & commun. ex pluribus relatis à Menoch. de retinen. remed. 3. num. 347. Tùm quia cauſæ feudales ſecundum leges & conſuetudines feudorum decidendę ſunt, ex allegatis à Sahagum. in dict. cap. 2. de iudic. numero 153. Tùm etiam quia cum clericus in feudo, laici vaſſallus efficiatur, ſæcularibusquè negocijs ſe immiſceat, non poteſt dici Paſtor, Superior, nec Pater. Quapropter iuſtiſſimè Sũmi Pontifices interpretati ſunt rationes legis Diuinæ clericos eximentis, non procedere in eo caſu, quibus quidem ius Diuinum interpretari licet. cap. maiores de Baptiſmo. cap. per venerabilem. verſic. orationibus

bus. qui fil. ſint legit.

16 Nequè item obſtat tertium fundamentum deſumptum ex verbo *decernimus*. de quo in dicto cap. 2. de iudic. Licet enim regulariter ſoleat ius nouum inducere; aliquando tamen ſecundum ſubiectam materiam ius antiquum declarat. argumen. cap. ad audientiam. iuncto cap. de cætero. de cler. non reſident. cap. cum olim. de priuileg. & ſentit optimè gloſ. in dicto cap. ſi Imperator. verb. diſcuti, quod omnes conſtitutiones, quæ emanarunt ſuper eo, quod clerici nō ſunt iudicandi à laicis, non continent ius nouum, ſed iuris tantum Diuini nouam declarationem. quam ſequuntur omnes vtriuſquè opinionis DD. & probatur in ſimili argum. l. ſi quis à liberis. ff. de liberis agnoſcen. iuncta l. 1. §. huius ſtudij. de iuſtit. & iure.

17 Deniquè non obſtat vltimum numero decimo adductum. Pro cuius ſolutione & reſponſione nota quod non ea ſola, quæ in Euangelio expræſſè continentur, ſpectant ad ius Diuinum: nam etiam ea, quæ ſine ſcripto, ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis accepta, aut ab ipſis Apoſtolis (Spiritu ſancto dictante) quaſi per manus tradita, ad nos peruenerunt. vt colligitur ex Concilio Tridentino ſeſſione quarta in principio. cap. Eccleſiaſticarum. diſtinct. 11. cap. cum Marte. de celebration. Miſſ. cum adduct. à Caſtro de iuſta hæret. pun. libro 1. Siman. de Catholicis inſtitut. cap. 23. Sicut enim ius noſtrum conſtat ex ſcripto & non ſcripto. §. conſtat. inſt. de iur. nat. gent. & ciu. capit. conſuetudo. diſtinct. prima. Ita & Diuinum poſitiuum & traditionibus & Scriptura Sacra conſtat. ex d. Concil. Trid. vbi proximè.

18 Pertinet etiam ad ius Diuinum, non ſolum id, quod in Sacra Scriptura ſcriptum eſt expræſſè, ſed etiam id, quod per neceſſarias conſequentias deducitur ex his, quæ in ea cōtinentur. vt poſt Bellarm. explicauit Vergas in tractatu de reſident. Prælatorum ad Concil. Trident.

Cum igitur tot ſint loca Sacræ Scripturæ tam veteris, quam noui teſtamenti ſupra adducta, quæ docent Sacerdo-

tes & Clericos dici Deos, Angelos, Patres, & Paſtores, & Superiores laicorum; ex eiſdem præclaras & faciles conſequentias deducere poſſumus. non eſſe iudicandos à laicis.

Neque obſtabit ſi replicauerit aliquis authoritates & teſtimonia illa adducta ex veteri teſtamento, antiquata eſſe adueniente lege Euangelica, vt ſupra dixi. Nam licet abrogata ſint cæremonialia & iudicialia præcepta, de quibus intelligendi ſunt. text. in dict. cap. translato. de conſtitut. & dicto cap. vnic de purific. poſt part. non tamen ſunt abrogata moralia, quæ continent & declarant ius naturæ, quæ etiã nunc obligant, & obligabunt ſemper, de quibus intelligendi ſunt text. in dicto §. ſed naturalia. inſtit. de iur. nat. & in dicto cap. fin. de conſuetud. ex Diu. Thom. Soto. Couarr. & alijs relatis à Gutier. ſupra.

19 Ex quibus iam conſtat laicos non ſolum eſſe incapaces cognoſcendi de cauſis ſpiritualibus, ſeu merè Eccleſiaſticis; verum etiam de cauſis ciuilibus, vel criminalibus clericorum aut Eccleſiarum. Diuerſa tamen ratione: nam de prioribus, ea de cauſa cognoſcere non poſſunt; quia pendent ab ſpirituali poteſtate, quam Chriſtus Dominus inſtituit & conceſſit, Diuo Petro, & Succeſſoribus, à quibus in cæteros prælatos inferiores deriuata eſt. De poſterioribus quia eo ipſo quod clerici ad Sacros ordines promouentur, & Deo ipſi offeruntur, & conſecrantur, liberantur à laicorum poteſtate, & iuriſdictione, propter honorem & reuerentiam ipſis tanquam Dijs, Angelis, & Paſtoribus, & parentibus ſpiritualibus iure Diuino & naturali à laicis preſtandam.

20 Vnde nota exemptionem hanc clericorum, non ſolum ab Imperatore, & Supremis Principibus ſæcularibus; verum etiam nec à Romano Põtifice tolli poſſe: quia exemptio hæc ante vllam legem humanam fuit Diuino & naturali iure mentibus hominum inſita, & in omni ætate recepta, & apud vniuerſum hominum genus obſeruata; cui quidem nullus Princeps quantum-

uis

uis Supremus Eccleſiaſticus derogare poteſt, cap. ſunt quidam. 25. quæſt. 1. cap. fin. de conſuetud. & cap. litteras. de reſtitutione ſpoliator. & probat Couar. dicto capitulo 31. verſiculo quarta concluſio. cum ſequenti. vbi plures refert.

SVMMARIVM.

1 *Valet argumentum de contractibus ad iudicia.*

Vendita, locata, aut donata bonorum vniuerſitate, comprehenditur etiam ius patronatus, quod ſub illa continetur.

2 *In fiſcum tranſeunt ea omnia, quæ in extraneum poſſunt tranſire.*

3 *Vbi militat eadem ratio ibi debet militare iuris diſpoſitio.*

4 *Quæ non poſſunt ſola alienari cum vniuerſitate tranſeunt.*

5 *Quum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.*

Et prohibitum fieri aliquid directo, prohibitum etiam eſt per obliquum.

6 *Generalis Imperatoris ſententia non comprahendit iura, qua condemnatus obtinebat ab Eccleſia.*

7 *In materia iuriſdictionis quod non poteſt fieri in ſpecie, nec etiam fieri poteſt in genere.*

8 *In generali obligatione cauſa pignoris non veniunt res, quas credibile eſt neminem pignori ſpecialiter fuiſſe daturum.*

9 *Diſputatio iſta de quo iure patronatus intelligatur?*

10 *Ius patronatus quod eſt inſitum, ſeu annexum alicui Vniuerſitati, Caſtro, Villa, ſeu fundo tranſit in fiſcum, confiſcata dicta Vniuerſitate, Caſtro, Villa, ſeu fundo.*

11 *Ius patronatus annexum Vniuerſitati non tranſit ex vi ſententia, ſed ex vi vnionis, & per viam acceſſionis.*

12 *Ponderatur text. difficil. in cap. cum Bertoldus. de re iudic.*

13 *Vſuram non committit qui non recipit vltra ſortem aliquid temporale.*

14 *Sequeſter fructus collectos tenetur reſtituere poſt finem litis victori.*

15 *Vera interpretatio cap. cum Bertoldus. de re iudic. aſſignatur.*

DI-

DISPVTATIO XXXI.

Ius patronatus An trãſferatur in Fiſcum per ſententiam Iudicis confiſcantis omnia bona delinquentis?

1 IVS patronatus trãſferri in Fiſcum per ſententiam Iudicis confiſcantis omnia bona delinquentis ex ſequentibus probatur. Primo nam valet argumentum de contractibus ad iudicia. l. ſtatu liber. 29. verſic. Quintus. ff. de ſtat. liber. ſed vendita, locata, aut donata bonorum vniuerſitate, comprehenditur etiam ius patronatus, quod ſub illa continetur. cap. ex litteris. 7. capit. cum ſæculum. 13. de iure patronatus. Ergo confiſcata etiã vniuerſitate bonorum per Iudicem ſæcularem, tranſit ius patron. in Fiſcum.

2 Secundo, nam in Fiſcũ trãſeunt ea omnia, quæ ad extraneos poſſunt tranſire. l. 3. ff. de interdict. & releg. vbi gloſ. ver. & libertos. l. 1. iuncta gl. finali in fine. C. de bon. libert. l. 1. cum ſequentibus. ff. de bon. damnat. Sed ius patronatus transferri poteſt etiam in hæredes extraneos. capit. 1. 2. & 3. cap. ex litteris. de iure patron. ergo & ex confiſcatione in fiſcum tranſire poteſt.

3 Tertio, nam vbi militat eadem ratio, ibi debet militare iuris diſpoſitio: & è conuerſo ceſſante ratione legis, ceſſare etiam debet iuris, & legis diſpoſitio. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. cap cum ceſſante. de appellat. cum vulg. Sed ratio text. in capit. quanto. de iudic. videlicet quod ius patronatus eſt ſpiritualibus annexum, non impedit quominus illud per venditionem, aut donationem tranſeat cum vniuerſitate bonorum vt probaui ſupra num. 1. Ergo nec impediet quominus tranſeat in Fiſcum per confiſcationem bonorum.

4 Quarto, nam quæ non poſſunt ſola alienari, per vniuerſitatem tranſeunt. l. quædam. 62. ff. de acquir. rerum dom. In quibus etiam compræhendun-

duntur res ſacræ & religioſæ, quæ licet ſpecialiter vendi non poſſint, emptioni maioris partis bonorum accedunt. l. in modicis. 24. ff. de contrahend.empt. ergo ius patronatus tranſire poterit in Fiſcum cum vniuerſitate bonorum confiſcatorum. Quam ſententiam probant. gloſ. 1. in cap. filijs. vbi DD. 16. quæſt. 7. Abb. num. 9. fol. 3. Dec. 6. Alex. de Neuo. 10. in d. cap. quāto. Roch. de Curt. de iurepatr. verſic. ipſe, vel is. quæſt. 29. Petr, Greg. lib. 3. ſintagm. tit. 17. num. 5. Mol. plures referens. lib. 1 de primog. cap. 24 num. 72. qui eam communem dicunt.

5 Contrarium tamen videlicet per ſententiam iudicis ſecularis confiſcantis bona omnia delinquentis, non tranſferri in Fiſcum Ius pat. probari videtur ex ſequentibus.

Primo nam cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. l. ſiue. 21. §. 1. ff. de tut. dat. ab his. l. quæritur. 38. ff. de bon. libert. l. ſi quis integris. 6. §. fi. ff. qui & à quibus. Et ita prohibitum fieri aliquid directò, prohibitum etiam eſt per obliquum. gl. ver. nullius. in §. prohibitum. inſt. de hæred. inſtit. Sed cauſam Iuriſp. tractari in ſæculari iudicio expreſsè prohibitum eſt in cap. quanto. 3. de iudic. ergo nec etiam cum vniuerſitate bonorum poterit à ſæculari tractari.

6 Secundo pondero textum in Clem. paſtoralis. verſ. cum & ſi. in fin. de re iudic. vbi dicitur generalem Imperatoris ſententiam non comprehendere ea iura, quæ condemnatus ab Eccleſia obtinebat. Ergo nec ius patronatus quod laici ab eccleſia obtinent, in generali confiſcatione iudicis ſæcularis compræhenditur.

7 Tertio nam in materia iuriſdictionis & rerum ab ea pēdentium, quod non poteſt fieri in ſpecie, nec etiam poteſt fieri in genere, arg. cap. 2. de conſtit. in 6. & cap. 2. & 3. de offic. Vicar. eod. lib. & eorum quæ poſt Decium in dicto cap. quanto. tradit Menoch. de arbitr. quæſt. 54. num. 49.

8 Quarto facit regula, l. 1. C. quæ res pign. oblig. poſſ. vbi dicitur in generali obligatione cauſa pignoris non venire eas

res,

res, quas neminem credibile eſt pignori ſpecialiter fuiſſe daturum. Ergo nec etiã cum vniuerſitate bonorum tranſibit in fiſcum ius patronatus: cum ſpecialiter non poſſit in iudicio ſæculari tractari, iuxta d. cap. 3. de iudic. Quam ſententiam probauit, gl. verb. ſubiectæ. in d. Clem. Paſtoral. in fin. & dixit veriorem. Barbat. in d. cap. quanto. num. 17. & probant plurimi relati à Roch. de Curt. vbi ſupra. Lambert. eod. tract. de iurep. lib. 3. quæſt. 8. art. 8. num. 20. dicunt communem. Gigas. Iul. Clar. & alij relati à Farin. qui magis communem & veriorem dicit. 1. tom. Crimin. tit. de delict. queſtione 35. numero 51.

9 In qua controuerſia ſeptem refert opin. Sahagum. in d. cap. quanto. à num. 27. quas diſputant plurimi citati à Zenedo in Collectan. ad decretal. cap. 5. num. 3. Ego autem pro vera illius reſolutione & cõcordia vtriuſquè opinionis, conſtituo quæſtionem propoſitam verſari tantum in eo iure patron. quod attenta ſua inſtitut. & ſecundum clauſulas in eo poſitas, in hæredes extraneos tranſire poteſt, & conſequenterè in fiſcum, iuxta communem de qua ſupra numero 4.

10 Quo ſuppoſito diſtinguendum eſt ex mẽte Abb. Roch. & Lambert. ſupra. & Coſta. in cap. ſi pater. 2. p. §. Trebellianicæ. num. 7. de teſtam. inter ius patronatus quod eſt vnitũ ſeu annexum, & cohæret alicui vniuerſitati, villæ Caſtro, vel etiam fundo, tanquam acceſſorium ſuo principali, vel pars ſuo vniuerſali; & illud quod nullaterius vnitum, annexum; vel acceſſorium eſt; ſed per ſe particulariter ſubſiſtit, & inter bona ſeu iura delinquentis diſtinctum inuenitur. Nam primum per ſententiam iudicis ſæcularis tranſit in fiſcum, in quem tranſit vniuerſitas, villa, ſeu Caſtrum, cui annexum & acceſſorium proponitur. Quomodo accipienda eſt prior opinio, quæ ſic intellecta, optimè probatur. in d. cap. ex litteris. d. cap. cum ſæculum. & d. § quædam. d. l. in modus. & ex l. via. 23. §. ſi fundicis. ff. de ſeruitut. ruſtic.

Secun-

Secundum tamen non trãſeat in fiſcum per eiuſmodi ſẽtentiam iudicis ſæcularis confiſcantis bona delinquentis. ſecundum opinionem ſecundam & iura pro ea ſupra. à nu. 5. adducta.

11 Quæ diſtinctio locum etiã habebit vbi agetur de translatione iuris patronatus per venditionem hæreditatis, ſeu omnium bonorum, aut quemcunquè alium ſimilem contractum ſuper eiſdem celebratum. Vnde ſententiam eorum, qui docent per venditionem hæreditatis, aut omnium bonorum vel ſimilem contractũ non transferri ius patronatus, quos referunt. Cou. lib. 2. var. cap. 18. num. 8. Coſta. d. num. 7. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz. reg. 401. Intelligenda eſt ſecundum vltimam diſtinctionis huius partem. Cuius diſtinctionis ſeù diſcriminis ratio in promptu eſt; nam ius patronatus, quod eſt vnitum & annexum vniuerſitati, villę, vel caſtro nõ trãſit ex vi ſentẽtiæ cõfiſcãtis, ſicuti nec ex titulo emptionis aut ſimili; ſed ex vi vnionis & per viam acceſſionis. iux. reg. d. l. quædam & regul. acceſſorium. in 6. Quod ſecus eſt in ſecundo, quod non poteſt tranſire ex vi vnionis & acceſsionis: cum non ſit, ſed neceſſario attendi debet vis & virtus ſententiæ confiſcantis, quæ licet generaliter proferatur in omnies res delinquentis; ſingulas tamen per ſe & diſtincte exiſtentes, in ſpecie afficit & confiſcat. arg. l. ſi chorus. 77. in princ. ff. de leg. 3. Iuncta doctrina Dec. & Menoch. vbi ſupra. & Tiraq. in l. ſi vnquam. in præfat. num. 118. Vnde ſicut tale ius patronatus per ſe ſolum à Iudice ſæculari confiſcari non poteſt aut vendi nec per ſimilem cõtractum transferri, ita nec generaliter & inſimul cum omnibus bonis. Ex quibus remanet reſoluta diſputatio propoſita concordatæ opiniones & intellecta vtriuſquè opinionis fundamenta.

12 Sed dictis maximè obſtat deciſio text. in cap. cum Bertoldus. de re iudicata. vbi ius patronatus etiam vnitum & annexum villæ, quoad facultatem præſentandi non tranſit in creditorem, cui villa in pignus data eſt, ſed remanet

penes debitorem, qui vacante eccleſia, præſentare poterit. vt notat. gl. fin. & DD. communiter ibi. gl. & commun. in d. cap. ex litteris. vbi Bero. & plures relati à Zenedo. in Collectan. ad decretal. cap. 5. num. 11. Spino in ſpeculo teſtam. gl. 4. princip. num. 111.

13 Pro cuius difficultatis ſolutione dicebant proximè citati huiuſmodi facultatem præſentandi non tranſiſſe in creditorem, ne committatur vſura ſi is vltra ſortem percipiat fructus iuris patron; videlicet præſentationem. iuxta gl. fin. ad medium. in d. cap. cum Bertol. & ſimilem. in cap. cum olim. de maior. & obed. receptas communiter. ex Moli. de primog. cap. 24. num. 8. quos quidem reſtituere non poteſt cum non ſint pecunia æſtimabiles, eo quod ius patronatus annexum ſit ſpiritualibus. d. cap. quanto. de iudic. Nec in ſortem computari valeat. contra text. in cap. cum contra. de pignor. & cap. 1. & 2. de vſur. l. 1. & 2. C. de pignoratit. acti. Sed hæc interpretatio conuincitur: quia licet præſentatio fructus ſit iuris patronatus; eſt tamen quaſi ſpiritualis, nec pecunia æſtimabilis, & ideo creditor eos fructus percipiendo, vſuram non committit, cum nihil temporale recipiat vltra ſortem. iuxta veram vſuræ definitionem & tradita à Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 78. art. 2. Soto. lib. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 1. art. 2. Cou. lib. 3. var. cap. 1. num. 4. Vnde ſi villa, vel Caſtrum, cui inhæret iuriſdictio pignori detur, exercitium iuriſdictionis tranſit in creditorem. arg. l. eleganter. 24. §. fi. ff. de pignoratit. act. l. ſeruum. 27. ff. de pignor. Nec in reſtitutione habetur ratio illius exercitij. vt docent Paul. Rom. & alij relati. à Greg. in l. 9. tit. 15. par. 1. gl. 2.

14 Secundo quia cùm ius patronatus in emptorem vel alium ſimilem cum vniuerſitate transfertur, nulla ratio habetur quoad pretium eiuſdem iuris patronatus: alias ſimoniacus eſſet contractus. ex tradit. per DD. in cap. de iure. cap. ex literis. de iur. patr. Lambert. 2. p. 1. lib. 8. quæſt. princ. art. 1. & 9. Ergo nec etiam fructuum ratio habēda eſt in reſtitutione, nec creditor aliquid dici-

dicitur recepiſſe vltra ſortem. Tertio quia & ſequeſter fructus collectos tenetur reſtituere poſt finem litis victori. Clem. vn. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. cap. cum vos. de offic. ordin. & nihilominus præſentare poteſt iuxta magis receptam opinionem, gl. ver. beneficium in d. Clem. vnica & DD. in cap. examinata de iudic. cum relatis à Sahagun. in d. cap. fi.

15 Quare omiſſis alijs interpretationibus adductis à DD. ſup. veriorem exiſtimo quam ante 18. annos percepi in Salmanticenſi vniuerſitate; videlicet in ſpecie illius text. præſentandi facultatem non fuiſſe tranſlatam in creditorem: quia in cõtractu pignoris & obligatione generali expreſsè fuit exceptum ius patronatus: vt apparet ex integra relat. ab Ant. Auguſtin. in 3. collect. decretal. tit. de iudic. cap. 8. in princ. ibi *aſſerens quod ius patronatus ſibi retinuerat expreſsè cum fundum obligauerat creditori*. Pro qua interpretatione inducere poteris tex. in d. cap. ex literis ibi *non excepto iure patronatus*. & probat expreſſ. gl. fin. in princ. in d. c. cū Bertoldus. quam ſequuti ſunt Tancred. & alij DD. antiqui ibi & Bertachinus tract. de Epiſcopo. lib. 1. 4. p. quæſt. 3.

SVMMARIVM.

1 *Delictorum quædam ſunt leuia ſeu minora, quædam grauia ſeu magna, quædam grauiora ſeu maiora, quædam grauiſſima ſeu maxima: & quæ dicantur ſingula relinquitur arbitrio iudicis.*

2 *Iudex ad arbitrandum quodnã ſit delictum graue, grauius, aut grauiſſimum, quæ debeat attendere.*

3 *Adulterium eſt de criminibus grauioribus.*

4 *Homicidium grauius eſſe adulterio probatur.*

6 *Interpretatur text. in cap. quid in omnibus. 32. quæſt. 7.*

6 *Tempore digeſtorũ propter adulterium non inferebatur pœna ſanguinis.*

7 *Hæreſis adulterio grauius delictum eſt.*

8 *Simonia adulterio grauius delictum eſt.*

9 *Quod prohibitum alicui non eſt, permiſſum eſſe intelligitur.*

10 *Epiſcopi canonum miniſtri &*

executores ſunt.

Et ſicut contra illos aliquid ſtatuere non poſſunt; ita nec eoſdem per diſpenſationem relaxare.

11 *In quibus caſibus non verſatur diſputatio noſtra.*

12 *Diſpenſandi facultas aliquando conceditur expreſsè, aliquando verò tacitè & virtualiter, & quomodo id intelligatur.*

13 *Interpretantur iura, num. 7. & adducta.*

14 *Interpretatur text. in l. nec non. verſiculo quod eius ff. ex quibus cauſ. maior. in integr. reſtitut.*

15 *Interpretatur text. in cap. nuper. de ſent. excommunic.*

16 *Lex vel Canon Superiori non reſeruans abſolutionem, cenſetur inferiori concedere facultatem illam impartiendi ſatisfactione præmiſſa.*

DISPVTATIO XXXII.

Epiſcopus in criminibus adulterio grauioribus an poſſit diſpenſare?

1 PRO perfecta huius diſputationis reſolutione, & materiæ intelligentia præmittendum eſt primo delictorum alia eſſe minora, alia grauia, alia grauiora, alia deniquè grauiſſima, quæ alio nomine ita diſtinguuntur, leuia, magna, maiora, maxima. Quæ autem talia dicantur in iure conſtitutum non eſt & ideo Iudicis arbitrio relinquendum erit. argumen. l. 1. ff. de iur. deliberan. capit. de cauſ. de officio deleg. & probant gloſ. ver. parte. in l. 1. ff. de cuſtod. reor. & ver. mutilat. in cap. cum illorum de ſententia excommunic. Abb. in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic. num. 9. & communis ex Iul. Clar. libro 5. §. 1. num. 9. Menoch. de arbitr. libro 2. caſu 266. Farinac. tit. de delict. & pœn. quæſt. 18. à num. 62.

2 Iudex igitur conſideratis circunſtantijs & qualitatibus delicti, cauſæ, perſonarum, loci, & temporis, delictum leue, magnum, maius, aut maximum arbitrabitur. ex Iuriſconſult. in l. aut facta, 16. ff.

de

de pœnis. & Pontif. in cap. ſicut dignum. in principio de homicid. & varijs exemplis adductis à Farinac. ſup. & attento etiam ordine præceptorum Decalogi, tàm prioris, quàm poſterioris tabulæ, ita ut ex ordinatione, qua huiuſmodi præcepta à Deo conſtituta fuit, appareat grauitas peccatorum, quæ contra ſingula committuntur. ex Diuo Thom. 1. 2. quæſtione 100. artic. 6. & pluribus adductis ab Azorio. libro quarto Inſtitution. cap. 19. & 20. attenta etiam maiori vel minori pœna pro crimine à iure impoſita: quia regulariter ex illa depræhenditur grauitas criminis. cap. non afferamus. 24. quæſtione 1. l. ſancimus. C. de pœn. Deuteronom. capit. 25. ibi *pro menſura delicti*, probat Bart. in l. leuia. ff. de accuſat. receptus communiter ex Iul. Clar. & Farinac. ſup. numero 83.

3 Secundo præmitto adulterium non eſſe de leuioribus & minoribus criminibus; ſed potius de his, quæ maiora & grauiora ſunt. iuxta gloſ. in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. & in rubr. ff. ad legem Iuliam. de adulter. & probant Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 154. articulo 3. & 8. Tiraquell. in l. 13. connubiali, à num. 26. & colligitur tàm ex ordine præceptorum Decalogi, quàm ex pœna mortis, quæ adulterio imponitur Deuteronom. cap. 22. l. quamuis. 30. C. de adulter. cum ſimilib. Et ideo inter grauiora delictum iſtud refert Vlpian. in fragment. titulo de dotibus. §. 9. & inter ſæuiora Imperatores in l. 7. Codic. Theodoſiani de indulgentia criminum. Quapropter in l. tranſigere. C. de tranſact. tranſactio quæ in grauiſſimis delictis admittitur, in adulterio reijcitur, eo quod cæteris grauiſſimum ſit, vt Doct. ibi communiter exiſtimant. & ſecundum obtinere locum poſt delictum hæreſis probat expræſsè text. in cap. quid in omnibus. 37. quæſt. 7.

4 Verè tamen non eſt omnium grauiſſimum. argumento l. fin. §. 1. de public. & vectig. Homicidium enim grauius eſſe colligitur ex capit. ſi quod verius. 33. quæſt. 2. & gloſ. in dicto cap. quid in omni-

nibus. 32. quæſt. 7. & communi ex Nauarr. in capit. inter verba. concluſ. 4. num. 23. Padilla in dicta lege transigere. numero 32. C. de tranſact. Corraſ. libro 2. Miſcell. capit. 1. Quia eò grauiora cenſentur crimina, quò ex eis maius nocumentum proximo infertur, ex Diuo Thom. 2. 2. quæſtio. 73. articulo 4. Soto libro 5. de iuſtitia. quæſt. 10. artic. 5. Ex homicidio autem vita adimitur, quæ reliquis omnibus bonis pretioſior eſt, etiam fama. ex Diu. Thom. Soto, & alijs citatis à Nauar. ſupra numero 20.

5 Neque contrarium probat text. in dicto cap. quid in omnibus. Nam omiſſis alijs Doct. interpretationibus ad illum text. verius eſt verba illa, *quid in omnibus adulterio grauius?* interrogatoriè fuiſſe à Diuo Clemen. in exagerationem, & deteſtationem illius criminis, à quo maximè cupiebat ſacerdotes arceri, prolata. vt colligitur ex Epiſtola prima Clem. ad Iacob. columna 2. & 3. ex qua text. ille deſumptus eſt, vt conſtat ex lib. Gregor. & ſentit gloſ. 1. ibi. quam ſequuntur Archidiac. & DD. antiqui argumento capit. nihil iniquum. 32. quæſt. 6. Dicitur autem ſecundum obtinere locum poſt delictum hæreſis, attento ordine præceptorum Decalogi primæ & ſecundæ tabulæ. Nam in prima fuit prohibita hæreſis, in ſecunda vero adulterium, vt optimè notat ibi gloſ. verbo in pœnis. Nam attento ordine eiuſdem ſecundæ tabulæ, primum locum obtinet homicidium, ſecundum verò adulterium. Vnde meritò diximus homicidium eſſe adulterio grauius, ex Diu. Thom. & alijs ſupra citatis.

6 Neque obſtat text. in dicta l. tranſigere. Quoniam ibi non prohibetur tranſactio, ex eo quod crimen adulterij ſit omnium grauiſſimum, vt poſt antiquiores exiſtimant Forcatolus in cupidine iuris peritorum. cap. 5. Sed ex eo, quod tempore Digeſtorum propter adulterium non inferebatur pœna ſanguinis. l. ſi quis viduam. ff. de quæſtion. l. Claudius. ff. de his quibus vt indig. probant Alciat. libro 5. paradox. cap. 8. Cuiat. libro ſexto

obſeruat. cap. 11. & in l. 8. ff. de tranſact.

6 Neque item obſtat text. in dicto cap. at ſi clerici. §. de adulterijs, ibi, *de adulterijs vero & alijs criminibus, quæ ſunt minora.* Quibus verbis non probatur adulterium computari inter minora crimina. Sed Epiſcopum diſpenſare poſſe in adulterio, quod grauius eſt, & in alijs criminibus, quæ licet grauia ſint, minora tamen ſunt adulterio: & ita conſtituit Pontifex Maximus ad quod, & non vltra progredi poſſit diſpenſatio Epiſcopi. Quomodo intelligendus eſt, quidquid dicat Cuiac. in nou. interpretationibus ad illum textũ.

7 Quibus ita prænotatis. Quæſtio noſtræ diſputationis eſt, an Epiſcopus poſſit diſpenſare in criminibus adulterio grauioribus? Cuius quæſtionis affirmatiua ex ſequen. probari videtur. Primo nam hæreſis adulterio grauius delictum eſt. cap. vergentis. de hæretic. cap. ſtatutum. eodem titulo in ſexto. & probauimus ſupra numero 3. & 5. Sed in hoc Epiſcopus diſpenſat. c. ſi quis diaconus. c. presbyteros. 50. diſt. ergo etiam in criminibus adulterio grauioribus poteſt diſpenſare.

8 Secundo, nam ſimonia maius delictum eſt adulterio. capit. ſicut. 1. cap. tanta. de ſimon. *Sicut ſimoniaca peſtis,* (inquit text.) *ſui magnitudine alios morbos vincit, &c.* Sed in crimine Simoniæ Epiſcopus diſpenſat. cap. de Simoniacæ. 22. cap. de regularibus 25. eod. titulo. ergo.

9 Tertio, nam quod prohibitum alicui non eſt, permiſſum eſſe intelligitur. l. nec non. 28. verſiculo. quod eius. ff. ex quibus cauſ. maior. cap. nuper. verſiculo in ſecundo. de ſententia excommunication. Sed Epiſcopo expræſſè non eſt prohibitum diſpenſare in alijs delictis & criminibus adulterio grauioribus. ergo permiſſum. Quam ſententiam probant gl. & Doctores antiqui, pro regula conſtituentes in omnibus cauſis Epiſcopos diſpēſare poſſe, in quibus ſpecialiter non prohibentur, ita ut in hac materia edictum ſit prohibitorium quorundam caſuum, & illis exceptis, liceat in omnibus alijs diſpenſare. Ita poſt alios

alios reſoluit gloſ. Summæ. in fine. & gloſ. 1. in cap. miror. diſtinct. 50. gloſ. 1. & 3. in d. §. de adulterijs. num. 4. & 5. Aluar. Pelagius de Prælat. Eccleſ. libro 1. cap. 50. & in hanc videtur inclinare. Sot. in 4. diſtinct. 27. quæſt. 1. articulo 2.

10 Contrariam tamen ſententiam probant ex diametro antiquiores, quorum meminit dicta gloſ. 1. & 3. Hoſtien. Archid. & alij relati ab Abb. numero 4. Felin. in princip. Dec. 6. Rebuff. in praxi titulo de diſpenſat. ad plura beneficia numero 27. Couarr. in 4. part. 2. cap. 6. in principio. num. 13. & §. 10. num. 11. in cap. Alma mater. parte 1. §. 7. num. 8. Azor. libro 5. inſtitution. cap. 15: quæſt. 7. præter alios relatos à Sanchez de matr. tomo 1. libro 2. diſputat. 40. in principio. quorum opinio probatur.

Primo, nam canones, & ius communé ab omnibus ſubditis Romano Pontifici inferioribus obſeruari, & cuſtodiri debent. cap. 1. de conſtitut. & Epiſcopi tanquam ſubditi canonum miniſtri, & executores ſunt. cap. cum quibus. in fin. 24. quæſt. 3. Vnde ſicut contra illos nihil ſtatuendo diſponere poſſunt. cap. quod ſuper his. de maioritate & obedientia. Ita nèc eoſdem per diſpenſationem relaxare, nequè ab illis aliquem eximere poſſunt, niſi id à Pontifice permittatur. ex regul. cap. cum inferior. de maioritate & obedientia.

Secundo, nam in terminis de quibus agimus, omne illud prohibitum cenſetur, quod non reperitur conceſſum. cap. 2. verſic. vnde. in fin. de tranſlat. Epiſc. Ergo cum non ſit permiſſum Epiſcopo diſpenſare in criminibus adulterio grauioribus; prohibitum cenſeri debet.

Tertio facit text. ſingul. in capit. dilectus. 15. de temp. ordin. vbi ab ordinandi poteſtate ſuſpenditur Epiſcopus, qui electū ordinauit vno, eodéquè die de tribus ſacris ordinibus de licentia Archiepiſcopi Metropolitani, eo quia obtéperauit Epiſcopo, cui huiuſmodi diſpenſatio à Canone non erat permiſſa. Ergo rectè ſequitur Epiſcopum non poſſe

di-

diſpenſare in criminibus adulterio grauioribus niſi expreſsè ſit illi à iure permiſſum.

Vltimo facit tex. per argum. ab ſpeciali in d. §. de adulter. Nam ſi Epiſcopus diſpenſare poſſet in omnibus, in quibus ſpecialiter non prohibetur, fruſtra & ineptè concederetur ibi poteſtas diſpenſandi ſuper adulterio, in quo antea ſpecialiter ei prohibita non erat. Ergo quia aliter abſquè huiuſmodi conceſſione non poterant Epiſcopi diſpenſare, ideo ibi illi cōceſſa & expreſsè permiſſa fuit.

12 In qua opinionum contrarietate obſeruandum eſt nullam in hac materia eſſe controuerſiam quoad caſus, in quibus iura ſpecialiter negant Epiſcopis diſpenſandi facultatem: vel quia expreſsè eis prohibent: vel quia Sedi Apoſtolicæ hanc facultatem reſeruāt. vt in cap. fin. de fil. presbyt. cap. quod translationem. vbi gloſ. de offic. leg. cap. pen. de ſimonia. cap. de multa. de præbend. cap. 1. de re iudic. in 6. & alijs. Nec quoad caſus, in quibus ſpecialiter iura concedunt Epiſcopis diſpenſandi facultatem. vt in capitulo. ſanè. 4. de Cler. coniug. capitulo. pen. de elect. cap. cum ex eo. eod. tit. in 6. capitulo 1. de ætat. & qualit. eod. lib. Triden. ſeſſione vigeſimaquarta. cap. 6. & alijs de quibus. per d. gl. 1. & 3. & Specul. in tit. de diſpenſat. ʃ. nunc de Epiſcopo & Pelagium. ſup. Bertachinum. in tract. de Epiſc. 2. p. numero 144. qui enumerat. 172. caſus in quibus Epiſcopus diſpenſat, quibus alios addidit nouiſſimè Lelius Cecus de munere Epiſcoporum. Nequè quoad canones pœnitentiales & pœnitentiam per illos impoſitam vel imponendam: Si quidem hanc remittere, & in eis diſpenſare poſſunt, non tantum Epiſcopi; ſed & alij inferiores confeſſarij, quorum arbitrio pœnitentiæ relinquūtur. cap. menſuram. cap. quem pœnitet. de pœnit. diſt. 1. cap. de his. 50. diſt. cap. tempora. 26. quæſt. 7. & ibi gl. cap. ſignificauit. cap. Deus qui de pœniten. & remiſſ. Triden. ſeſſ. 14. cap. 9. ex communi quam probat plures referens. Menoch. de arbitr. caſ. 391. Nau. in man. cap. 26. num. 17.

Dd Henr.

Henr. primo. tom. lib. 5. de ſacram. pœnit. cap. fin. num. 9. Quod ad eo verum eſt vt non ſolum pœnitentiam à ſe imponendam, ſed etiam ab alio, etiam Romano Pontifice impoſitam, ex cauſa immutare, vel minuere poſſit epiſcopus. cap. latorem. 33. quæſt. 2. gl. 1. in d. cap. tempora. gl. ver. in tuam. in cap. accedens. 50. diſtinct. commun. ex Tiraq. de pœn. temper. in præfat. num. 26. Nau. ſupra. nu. 22. quamuis contrariũ vellit. gl. 2. in c. 2. de ſortileg. Dec. in d. §. de adulter. num. 7. Soto in 4. diſt. 20. quæſt. 2. art. 3. & alij relati ab Henric. ſup. num. 1. Quorum opiniones concordari poſſunt vt per eundem ibi & Nau. ſup. num. 22. in fin.

12 Diſputatio igitur noſtra verſatur tantum in illis caſibus, in quibus lex Canonica, aut ius commune aliquid ſtatuit, aut prohibet ſimpliciter, abſquè eo quod de diſpenſatione agat. Quo caſu ſecunda opinio quam probaui ſup. num. 10. verior eſt, & hodie magis recepta. Qua retenta non obſtant fundamenta pro contraria adducta. à num. 7.

Nam pro reſponſione ad 1. & 2. conſtituo ſpecialem poteſtatem diſpenſandi aliquando concedi Epiſcopis expreſsè, aliquando vero tacitè ſeu virtualiter. Veluti cum ius abſolutè dicit diſpenſandum fore, vel diſpenſari poſſe; non tamen exprimit aut declarat à quo ſit concedenda diſpenſatio. & tunc eo ipſo quod non denegat Epiſcopis, cenſetur illis tacitè & virtualiter concedere. cap. pe. iuncta. gl. fin. & com. de pœn. c. poſtulaſtis. vbi gl. 3. de Clerico. excomm. & probant. Inn. & alij ex Ant. num. 17. Cardin. 5. Imol. 13. Abb. 5. & 6. Aret. 13. Fel. 1. Dec. 35. Alciat. 4. in d. §. de adulterijs. Cou. d. num. 8. cum latè adductis à Sanchez. 3. tomo. de matrim. lib. 8. diſput. 5. in princ. Et probatur in d. cap. nuper. de ſent. excomm. ibi non *retinuit* & ibi *eo ipſo videtur*. Et quia verba aliquid operari debent. cap. ſi Papa. de priuileg. in 6. Cum igitur authoritas ſemper reſeruata cenſeatur Pontifici. cap. ſignificaſti. 4. de electione, neceſſario debent intelligi de Epiſcopis & alijs Pontifici inferioribus,

bús, ne ſuperflua & otioſa ſint.

Nec contrarium putes probari in cap. cum ex eo. de electĩon. in ſexto. & in cap. 1. de ætate & qualitate. eodem lib. Nam propterea illic mẽtio fit de Epiſcopo: quia per illa iura conceditur illi noua diſpenſandi facultas, quæ antea denegabatur.

13 Sic etiam ex veroſimili intentione Legislatoris, & benigna iuris interpretatione cenſetur etiam tacitè & virtualitèr conceſſa Epiſcopis diſpenſandi facultas contra Canones, & illorum prohibitionem in nonullis caſibus, vel propter materiæ leuitatem, vel propter illorum frequentiam, graue ſcandalum, imminentem neceſſitatem, ſeu difficultatem maximam adeundi Romanum Pontificem, aut alium legitimum Superiorem. Magis enim credendum eſt auctorem Canonis per generalem prohibitionem noluiſſe in his terminis interdicere Epiſcopis diſpenſandi facultatem; ſed potius voluiſſe (præſertim in foro conſcientiæ) illam illis concedere. argumen. cap. in generali. de regul. iur. in ſexto. cap. quia circa. de conſanguinitate & affinitate. Quã ſententiam poſt Diu. Thom. Caietan. Sot. & alios probant Henriquez libro 10. de Sacr. ord. cap. 35. numero tertio. & lib. 12. de matrimon. impedimen. cap. 3. & alij relati à Sanchez. tom. 1. de matrimon. libro 2. diſputat. 40. numero 3. Ex quibus facilis eſt reſponſio ad iura. numero 7. & 8. adducta, ideo ibi diſpenſare Epiſcopum poſſe: quia in eis expreſsè vel tacitè, & virtualitèr conceditur illis diſpenſandi facultas, & ita loquuntur extra terminos noſtræ diſputationis iuxta ſupradicta num. 11.

14 Neque obſtat tertium fundamentum contrariæ opinionis. Nam ad text. in dicta lege necnon. reſpondendum eſt Iuriſconſul. ibi non agere de reſtitutione, quæ ſaltem directè conceditur contra leges, ſed magis præter illas; & propterea non requirit quod lex concedat; ſed ſatis eſt, quod non prohibeat reſtitutionem, vt Prætor illam cõcedat. Quod longè diuerſum eſt ab ſpecie

de qua agimus: quia cum ſit contra ius commune, neceſſario requiritur lex aliqua, quæ diſpenſandi facultatem expreſsè vel tacitè inferioribus concedat. Quo caſu procedit reg. quæ habet prohibitum dici omne id, quod non reperitur conceſſum. vt in d. cap. 2. de translat. Epiſc.

15 Nec obſtat text. in dicto capit. nuper. verſiculo in ſecundo. de ſententia excommunicationis. Nam illi reſpondent Doct. communiter ibi non agi de diſpenſatione, ſed de abſolutione ab excommunicatione, quæ à diſpenſatione differt, & facilius conceditur. argumen. cap. cùm illorum. 32. de ſententia excommunicat. & tradit gloſ. ver. ſuſpenſos. in cap. cupientes. verſiculo cæterum. de elect. in ſexto. & reſoluit Gutier. libro primo Canonicarum. cap. 3. numero 4. & 5.

16 Verum quia ad materiam diſpenſationis adduci ſolet cõmuniter text. ille, dicendum eſt datis terminis paribus, nullam quo ad propoſitum eſſe differentiam inter diſpenſationem, & abſolutionem ab excommunicatione, de qua ibi: etenim ab excommunicatione propterea abſoluit inferior, vbi lex vel Canon, aut illius conditor, ſibi abſolutionem non reſeruauit: quia excommunicatio de qua ibi, quatenus cenſura, ex natura ſua & diſpoſitione iuris, & intentione excommunicantis, profertur ſemper donec excommunicatus ſatisfaciens abſoluatur. vt in cap. 1. de iudic. in cuius explicatione plura dixi in lib. meo Selectar. interpretat. & quamuis ſimpliciter prolata ſit, & nihil de abſolutione dicatur; perinde eſt ac ſi fuiſſet dictum excommunico te donec ſatisfactione præmiſſa abſoluaris. Vnde dum expreſsè lex vel Canon ſuperiori non reſeruat abſolutionem, cenſetur inferiori concedere, iuxta terminos dicti verſiculi in ſecundo. Sicuti de diſpenſatione diximus. Et ſic in his terminis non eſt differentia inter abſolutionem & diſpenſationem, de qua agimus, licet ſit quando Canon aut ius comm. ſtatuens vel prohibens, non ſemper ſupponit aut includit diſpenſa-

ſationem, hec illius mentionem facit, & in hoc ſenſu procedit, & accipienda eſt doctr. Abb. & aliorum ſup. & hactenus de propoſita diſputatione.

SVMMARIVM.

1 *Dietarum computatio quomodo fieri debeat eſt à loco domicilij & habitationis rei conuenti an à loco, in quo ſita eſt res, ſuper qua litigatur?*

2 *Dieta eſt duplex, alia legalis, alia vero vulgaris; & quæ ſit legalis?*

3 *Quodlibet milliare conſtat mille paſſibus, paſſus quinque pedibus; & pes ſexdecim digitis.*

4 *Vulgaris dieta, dicitur, quæ conſtituitur iuxta qualitatem regionis, temporis, & loci, ex communi vſu habitantium.*

5 *Dietæ computatio in actione perſonali fieri debet à fine diœceſis rei citati, ad locum iudicis citantis.*

6 *Dieta computatio in actione reali quomodo fieri debeat?*

7 *Dietæ computatio fieri debet à fine diœceſis habitationis rei; licet res alibi exiſtat.*

8 *Diœceſis ſua propriè loquendo dicitur, in qua quis habitat & domicilium habet.*

9 *Domicilium & manſio rei conuenti attenditur pro computandis dietis.*

10 *Interpretatur tex. in cap. dilectus. de reſcriptis.*

11 *Habitans in duobus locis, tunc demum in vtroque domicilium habere dicitur, quando æqualiter in vtroque habitat; ſi autem inæqualiter, vbi frequentius commoratur.*

12 *Licet iure communi nouiori attento reus trahi non poſſit vltra vnam dietam; in commiſſionibus appellationum cauſa ſolent committi vltra duas dietas, dummodo non vltra tres, quæ clauſula ſpecialem, & induiduam derogationem iuris communis inducit.*

13 *Ad derogationem iuris communis regulariter ſufficit clauſula generalis,* non obſtantibus legibus & conſtitutionibus in contrarium.

14 *Conſtitutio Conciliaris requirit ſpecialem & expreſſam clauſulam derogatoriam in quibuſcunque gratijs & reſcriptis*

Digitized by Google

tis contra eam conceſſis.

15 *Tacitum & præſumptum non ſufficit, vbicunquè in iure expreſſum requiritur.*

DISPVTATIO XXXIII.

Dietæ computatio in actione reali an fieri debeat à fine diœceſis, in qua res exiſtit; an vero à fine diœceſis in qua reus domicilium habet?

1 CERTISSIMVM eſt in iure reum vltra duas dietas trahi non poſſe, ex cap. olim. 7. de except. capit. nonnulli. 28. in princip. cap. dilectus. 29. de reſcript. cap. ex parte. 15. de foro competent. Vnde meritò dubitari poteſt à quo loco debeant cõputari huiuſmodi dietæ? Pro cuius dubij perfecta reſolutione & materiæ intelligentia. Præmitto *dietam* nomen græcum eſſe, quod latinè propriè ſignificat vnius diei ciuum. l. diarijs. 21. ff. de aliment. & eiu. leg. licet apud Iuriſconſultos plerunque accipiatur pro cænaculo in ædibus, vel pro habitatione in hortis amenitatis vulgo hic Romæ *vineis* vocatis. l. æquiſſimum. 17. §. ſed ſi ædium. ff. de vſufruct. l. Senatus. 45. §. 1. ff. de legatis primo. l. 1. §. hoc autẽ. ff. ad Syllan. l. Lucius. 32. ff. de donat. cum allegatis à Briſ. & Prateio. de verborum ſignification. ver. dieta, Vnde ſerui, qui in huiuſmodi dietis miniſtrabãt dietarij dicebantur. l. quæſitum. 12. §. hoſtiarij. ff. de fundo inſtructo, inſtrumentoquè Legato. Apud Germanos vero dieta accipitur pro Concilio ſeu Comitijs Hiſpano ſermone *cortes*, dictis, vt refert Rebuff. in l. 3. verſic. tertio. ff. de verborum ſignif.

2 In terminis autem noſtræ diſputationis accipitur pro itinere vnius diei. vt in dicto capit. olim. & ſimil. ſup. in principio citatis. & eſt duplex alia legalis, alia verò vulgaris. Legalis in via terreſtri viginti milliaria continet. l. 1. ff. ſi quis caution. l. 3. ff. de verborum ſignificat. l. 2. §. ſi præſes. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſ. ſeru.

ſeru. gloſ. in l. ſi cui. 38. §. tandiu. ver. præſtat. ff. ex quib. cau. mai. In maritima vero quinquaginta milliaria continet. ſecundum Bart. in tract. de inſula. & Dec. in d. c. olim. num. 2. Quorum ſententia nec in iure probatur, nec in praxi defendi poteſt. ex Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 4. num. 11. Rebuff. in d. l. 3. verſ. quæ innumeratio. Quia cum non ſit in poteſtate nauigantis iter agere ad ſuum velle; ſed à fortuna & ventorum agitatione pendeat: arbitrio boni viri Relinquitur. vt ex Gomeſio in cōmentar. ad Reg. Cancellariæ de veriſſimi. notitia. quæſt. 5. in fin. reſoluit. Menoch. d. nu. 11.

3. Quodlibet autem milliare conſtat ex mille paſſibus; paſſus autem quinque pedibus. gl. in d. l. 3. Pes autem ſexdecim digitis tranſuerſis. vt ex Iſid. & alijs probant. Cou. lib. 2. var. cap. 20. num. 5. Con. lib. 4. comment. cap. 10. Oroſc. in d. l. 1. quamuis gl. in cap. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. exiſtimet conſtare quindecim digitis: quam ſequitur Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. 19. num. 6. Vnde Romani itinerum ſpatia milliarijs diſtinguebant. l. ſuus quoquè. 4. §. puto. ff. de hæred. inſt. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfecti vrb. l. ſcire autem. 15. §. aliud. l. planè. 45. ff. de excuſat. tutor. Mille quibuſquè paſſibus lapide erecto. vt notant. Oroſc. Cou. & Parlard. ſup. Briſo. lib. 3. ſellectar. cap. 8. Quomodo intelligendi ſunt tex. in d. l. 1. & in §. Qui excuſare. inſt. de excuſat. tut. & in l. propter litem. 24. §. 1. ff. eodem titulo. Hiſpani autem & Galli itinerum ſpatia leucis diſtingnunt, quod nomen Gallicum eſt. vt ex alijs probat Cou. ſup. & illius mentio tantum fit in iure in cap. ex parte B. de foro compet. & licet pro regionum varietate, aliæ alijs lōgiores ſint, quales ſunt leucę catalanæ; tribus tamen milliarijs conſtant, & ita vna dieta conſiſtit in ſeptem leucis; licet de iure noſtro Hiſpano quoad materiam noſtræ diſputationis decem leucæ conſtituant vnam dietā. vt in l. 18. §. 2. tit. 7. lib. 1. recopilation.

4. Vulgaris dieta dicitur quæ conſtituitur iuxta qualitatem re-

regionis, temporis, & loci. ex communi vſu habitantium iuxta. gl. ver. duas dietas. in d. cap. nonnulli & ibi Abb. nu. 6. gl. in capit. cupientes. ver. commodè. de elect. in 6. Facta autem dietæ mentione, de vulgari potius, quam de legali intelligenda eſt. iuxta text. in cap. præſenti. §. loca. iuncta gl. verbo legales. & ver. ſpecialiter. de præben. lib. 6. & Paul. & Iaſſ. in d. l. 1. ff. ſi quis caution. Mandoſ. in reg. de veriſimili notitia. quæſt. 4. num. 2. licet aliter diſtinguat. Bart. in d. l. 1. quem ſequuntur ibi. Bal. Salic. & Oroſc. & Parlad. ſup. num. 9.

4 Quibus ita præmiſſis in praxi ſolet ſæpiſſimè controuerti quomodo diæta ſit computanda, à fine diœceſis rei citati ad locum iudicis citantis, an ab ipſo loco rei citati? Et computandam eſſe à fine diœceſis rei citati ad locum iudicis citantis, ſignificat. tex. in d. cap. olim. 7. de except. ibi *extra ſuam diœceſim* & in d. cap. nonnulli ibi *extra ſuam diœceſim.* & notant Dec. num. 3. Pariſ. 15. in d. cap. olim. Abb. num. 9. Immo. 12. Ant. 10. in d. cap. ex parte. Bernar. Diaz in pract. cap. 9. in fin. Rota deciſ. 34. de reſcrip. in nou. quamuis. Alc. & alij relati ab Oroſc. in d. l. 1. contendant computandam eſſe à loco habitationis rei ad locum iudicis citantis. Et hęc de actione perſonali.

6 Quomodo autem fieri debeat dietæ computatio in actione Reali? noſtræ diſputationis eſt. & faciendam eſſe à fine diœceſis in qua res petita exiſtit. probat gl. magna. in fi. in d. cap. dilectus. de reſcript. Quam ſequuntur plures relati à Fel. ibi. num. 3. & communem dicit Aret. in d. cap. ex parte. num. 10. qui mouentur ex ſequent. Primo ex tex. in d. cap. dilectus. in cuius tex. ſpecie admittitur exceptio, quam reus oppoſuerat, ne traheretur vltra duas dietas à fine diœceſis, in qua res ſita erat. Secundo. ex tex. in d. cap. ex parte. de foro compet. ibi *& caſtrum, de quo quæſtio vertitur, in eadem eſt diœceſi, quæ à Turonen. nequaquàm vltra duodecim leucas diſtat*. Ex quibus verbis clarè deducitur dietam computari à fine diœceſis, in qua res petita,

tita, ſita erat.

7 Contrarium tamẽ imo etiã in actione reali dietam eſſe computandam à fine diœceſis, in qua reus habitat, & domicilium habet, licet res alibi exiſtat, probarunt gl. ver. vnam dietam. in d. §. cum autẽ. Abb. num. 9. imo. 12. in d. cap. ex parte. idem. Abb. in d. cap. dilectus. num. 4. & ibi Fel. num. 13. Pariſ. num. 15. in d. cap. olim. Rebuf in concordata. tit. de friuol. appellat. §. ſi quis verò. Quorum ſententia probatur.

8 Primo nam ſua diœceſis propriè loquendo ea tantum dicitur, in qua quis habitat, & domicilium habet, & huius comparatione cæteræ aliæ dicuntur alienæ. cap. 1. §. contrahentes ibi *aliarum diœceſim* de foro competen. in ſexto. Sed in dietarum computatione attendi debet ſua diœceſis rei conuenti. capitulo olim. de except. dicto capitulo nonnulli. & dicto capit. dilectus. de reſcriptis. Ergo rectè ſequitur dietam eſſe computandam à fine diœceſis rei conuenti, etiam ſi res ſit in alia diœceſi ſita.

9 Secundo pondero. text. in d. capitulo ex parte. pro contraria. ſup. num. 6. adduc. vbi principaliter in deciſione ſũmi Pontif. attenditur domicilium & manſio rei conuenti ad computandas dietas. vt conſtat. ex tex. in fin. ibi. *mandans quatenus ſi vobis conſtiterit dictum nobilem & terram & manſionem habere in Andeganenſi diœceſi in qua interdum conſueuit commorari, & ipſam diœceſim vltra duas à Turonen. non diſtare dietas. &c.* Non obſtantibus exceptionibus per partes oppoſitis, ex quibus fundamẽtum contrariæ opinionis fuit deductum. vt conſtat ex eiuſdem textus contextura. ergo abſquè dubio dicendum eſt non à diœceſi, in qua res ſita eſt, ſed ab ea, in qua domicilium & habitationem habet reus conuentus, dietas eſſe computandas.

10 Nec retenta hac opinione obſtant fundamenta prò contraria adducta. Nam ad primũ de tex. in d. cap. dilectus. omiſſis alijs interprætationibus de quibus. per Abb. num. 3. Fel. 13. ibi. dicendum eſt ex mente illorum. & Ant. in d.

 cap.

cap. ex parte. quod licet tex. ille referat allegationem partis id prætendentis, nõn tamen approbat, nec ſuper ea pronunciat Pontifex: quia ſolum decidit dubium ſuper iuriſdictione, ita vt nõ iudices à quibus, ſed iudices ad quos appellatum eſt, de huiuſmodi dubio cognoſcere debeant.

11 Ad ſecundum de tex. in d. cap. ex parte. vltra proximè dicta num. 9. dicẽdum eſt quod licet habitans in duobus locis, tũnc demum in vtroquè domicilium habeat, vbi æqualiter in vtroque habitat, ſi autem inæqualiter, vbi frequentius manet. l. aſſumptio. §. iuris prudentibus. ff. ad municip. cap. 2. de ſepult. in 6. clem. cauſam. verſ. Quod ſi. de elect. vbi gl. ver. communiter. latè Tiraq. de retrac. tit. 1. §. 9. gl. 2. num. 26. Vbi tamen cum habitatione etiam minus frequenti concurrit exiſtentia rei, de qua agitur, perinde eſt ac ſi ibidem reus domicilium habeat ad effectum vt ab ea diœceſi fiat computatio dietarum. Vnde mirum non eſt ſi in d. cap. ex parte. ita fuerit ſtatutum: cũm vtraquè ſimul concurrerint, & habitatio, & exiſtentia rei, de qua agebatur. ibi, *in qua interdum conſueuit commorari.* & paulo inferius ibi *& in eadem litigioſam rem eſſe.*

12 Sed dictis maximè obſtat tex. in cap. ſtatutum. §. cum vero. & §. cum autem. de reſcript. in 6. Quibus cauetur reum trahi non debere vltra vnam dietam. Dicendum igitur eſt deciſionem. d. cap. olim & d. cap. nonnulli. & d. cap. dilectus. & d. cap. ex parte. reſtrictam & limitatam fuiſſe ad vnam tantum dietam à Bonifac. VIII. in d. §. cum vero. & d. §. cum autem. Frequentiſſimum tamen eſt in commiſſionibus appellationũ cauſas iudicibus committi vltra duas dietas, dummodo non vltra tres, quæ clauſula ſpecialem & indiuiduam derogationem dictorum iurium inducit.

13 Sed dubium eſt qua ratione dictorum iurium neceſſaria ſit ſpecialis derogatio: cum regulare ſit in quocunquè reſcripto vel priuilegio ad derogationem iuris communis ſufficere clauſulam generalẽ *non obſtantibus quibuſcunquè legibus & con-*

& cōſtitutionibus in contrarium. iuxta doctrinam Bart. in extrau. ad reprimendum.ver. nō obſtantibus.& in l.fi.C. ſi contra ius vel vtil. pub. vbi Iaſſ.& DD. Fel. num. 9. Mant. 16. in d. cap. nonnulli cum latè adductis à Barboſ. in l. 1. 1. p.à n. 8.ff.ſolut. matr.

14 Cui difficultati duæ ſolent aſſignari rationes. Prima eſt quod conſtitutio d. cap. nonnulli, in qua id primùm ſtatutum fuit, eſt Cōciliaris,& ideo requirit expræſſam & ſpecialem derogationem in quibuſcunquè gratijs & reſcriptis cōtra eam conceſsis. cap. ex parte.de capel. Monach. cap. eam te. de ætat. & qualit. quæ fuit opinio Archid. in cap. 1. de conſtit. in 6. Quem ſequuntur omnes. teſte Fel. in d. cap. nonnulli. num. 3. Cou. lib. 4. var. cap. 16. num. 3. Rebuf. reſponſ. 134. Gut. in l. nemo poteſt. num. 173. de leg. 1. Emil. deciſ. 176. & 168. 1. p. licet contrariam ſententiam defendat Sarm. lib. 1. ſelect. cap. 14. num. 11. Zenedo, in collect. ad decretal. cap. 123. num. 3.

Altera ratio eſt quod tex. in d. cap. nonnulli habet clauſulam derogatoriam ad omnes litteras vel reſcripta in cōtrarium., & ideo ad illius derogationem requiritur expreſſa mentio, quamuis conſtitutio non eſset Conciliaris. iux. tex. in l. fi. C. ſi nupt. ex reſcrip. pet. & in cap. 1. vbi notat. Io. And. de exceſſ. Prælat. & diſtinctionem Iuriſconſ. in l. ſi quis. in prin. de legat. 3. cum doctrina Bart. in l. omnes populi. num. 31. ff. de iuſt. & iur. recepta communiter ex Fel. in d. capitulo. nonnulli, numero 2.

15 Sed neutra ratio ſatisfacit cum non conueniat omnibus iuribus, in quibus vna vel duę dietæ aſsignantur. Nec tex. in d. cap. nonnulli habet clauſulam derogatoriam expræſſam futurorum reſcriptorum: Nec tacita quæ ſubintelligi poterat, habet eundem effectum cum expræſſa. iuxta. l. fin. de leg. 2. vbi notant. DD. & latè Tiraq. de iure mariti, gl. 7. n. 66. Cou. in rub. de teſtam. 2. p. num. 20. ad finem. Quare probabilior mihi ſemper viſſa eſt ratio, quam ſenſit. gl. fi. in d. cap. nonnulli: Quod cum

Pontifex delegans non habeat certam notitiam diſtantiæ locorum à quibus & in quibus cauſa committitur quia in facto conſiſtit. cap. 1. de conſt. in 6. in d. cap. nonnulli. non ſolum ſtatuit neminem vltra duas dietas fore trahẽdum per huiuſmodi litteras & reſcripta; Verum etiam oſtendit mentem ſuam, & proteſtatur ſe non intendere aliter prædictæ conſtitutioni derogare, niſi de illa in ipſis litteris expræſſam fecerit mentionem; ita vt tacita vel præſumpta nõ ſufficiat, quemadmodum non ſufficit tacitum & præſumptũ vbicunquè in iure expræſſum requiritur. vt latè proſequitur in multis iuris articulis Tiraq. ſup. à num. 49. & 72.

SVMMARIVM.

1 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto in iudicio perſonali non poſſidet.*

2 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto in actione reali an verè poſſideat.*

3 *Verbum* prior *denotat poſteriorem poſt ſe.*

3 *Nulla eſt differentia inter iudicia realia & perſonalia quoad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto.*

5 *Qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, non poſſidet; ſed detinet.*

6 *Vera interpretatio tex. in l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. C. de præſcr. trig. vel quadrag. annor. aſſignatur. & num. ſeq.*

8 *Primum non præſupponit ſecundum eiuſdem qualitatis.*

Et ſimile non eſt idem.

9 *Miſſus in poſſeſſionem poſt litem conteſtatam efficitur poſſeſſor. & interpretatur tex. in auth. qui ſemel. quemodo & quan. iudex.*

10 *Interpretatur tex. in cap. quoniam frequenter. §. porro. vt lite non conteſt.*

11 *Miſſus in poſſeſsionem ob nimiam rei contumaciam, efficitur poſſeſſor.*

Et nimia contumacia quæ dicatur?

12 *Poſsidenti non incumbit onus probandi.*

Et interpratatur tex. in l. ille à quo. aliàs ædificatum. ff. de dam. infec.

13 *Interpretatur tex in c. paſtoralis. §. præterea. de offic. ordinar.*

In

14 *In beneficialibus non mittitur actor in poſſeſſionem ex primo decreto, ne detur vitioſus ingreſſus.*

15 *Contumacia rei nullum ius tribuit actori, illud non habenti, nec vim habet Canonicæ inſtitutionis.*

16 *Ex ſecundo decreto transfertur poſſeſſio in actorem.*

17 *Interpretantur & conciliantur text. in cap. 1. & 2. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. Et text. in c. vnico. eodem titulo in 6.*

DISPVTATIO XXXIV.

An ſit aliqua differentia inter miſſum in poſſeſſionem ex primo decreto ex actione reali, & miſſum in poſſeſſionem ex actione perſonali?

1 MISSVS in poſſeſſionem ex primo decreto in iudicio perſonali non poſſidet. l. 3. §. finali. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. officium. ff. de rei vind. l. ſi duo. §. creditores. ff. vti poſſidetis. l. cum legati. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. l. is cui. ff. vt in poſſeſ. legat. & reſoluit communis ex infinitis relatis à Menoch. de retinenda poſſeſſione. remed. 3. num. 172.

2 Quod an ſit verum in actione reali? maximè dubitatur. & idem eſſe docuit Azo. quem ſequitur Accurſ. in l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. ver. poſſeſſor. C. de præſcript. triginta vel quadraginta annor. Bart. in l. ſi prius. num. 7. ff. de noui. operis. nunciat. & & in l. 3. §. fin. num. 4. ff. de acquirenda poſſeſſione. & teſtantur communem Alex. nu. 10. & Iaſſ. 21. in dicta l. 3. §. fin. & magis communem appellat Menoch. vbi ſupra nu. 209.

3 Pro qua Primo facit text. in dicta l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. verſ. *prior. poſſeſſor.* vbi Imper. poſſeſſorem appellat eum, qui miſſus erat in poſſeſſionem ex primo decreto in actione reali: ait enim Imper. *ea tantum occaſione quod abſens prior poſſeſſor ad litem vocatus minimè reſponderit.* quod verbum *prior* denotat poſterio-

riorem habere poſt ſe. iuxta gloſ. ver. non proxima. in l. 1. §. æſtas. ff. ne quid in flumin. pub. & gloſ. ver. prius. in l. ſi finita. 15. §. ſi plures. ff. de damno infecto. ergo miſſus in poſſeſſionem, etiam ex actione reali poſſeſſor eſt.

Secundo facit text. in l. ille à quo, quæ aliàs incipit ædificatum. 45. de damno infecto. ibi *ad me poßeſſio transferenda eſt*.

Tertio, facit text. in l. conſentaneum. C. quomodo & quand. Iud. cuius verba ſunt, *à quo tèr citatus, ſi contumaciter præſentiam ſui facere neglexerit, non abs re erit, vel ad cogendum eum, vt ſe ſe repræſentet, vel poßeßionem bonorum, cui incumbit, ad te transferre, & aduerſarium petitorem conſtituere*.

Quarto facit text. in l. Fulcinus. §. fin. ff. ex quibus cau. in poſſeſſ. eat. vbi Iuriſconſult. inquit: *Diuus quoquè Pius in perſona eius, qui hæreditatem poßidens, copiam ſui non faciebat, reſcripſit in poßeßionem rerum hæreditariarum aduerſarium inducendum*.

Quinto facit tex. in cap. paſtoralis. §. præterea, ibi *poſſeſſionem reſtituere*, & ibi *recuperare poſſeſſionem amißam*. de offic. ordinar.

Sexto facit text. in capit. 1. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. ibi, *vt animodo poßeßionem præſcripta Eccleſiæ abſquè contradictione qualibet habeatis*. Ex quibus omnibus iuribus euidenter colligitur miſſum in poſſeſſionem ex primo decreto, etiam in actione reali verè poſſeſſorem eſſe.

4 Contrariam tamen ſententiam, videlicet quo ad hoc nullam eſſe differentiam inter iudicia realia & perſonalia, & ideo neutro caſu miſſum in poſſeſſionem ex primo decreto fieri poſſeſſorem, Defendũt Angel. & Roman. in dicta l. 3. §. finali. & communis Canoniſtarum, vt teſtatur Iaſ. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. num. 21. Bologn. numero 181. Menoch. vbi ſupra. numero 112. Quæ probatur ex ſequen. Primo ex text. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs. ibi *poſt annum verus conſtituatur poſſeſſor*. vt lite non conteſtata. ergo ante annum non eſt verus poſſeſſor. argumen. l. cum prætor. in

in principio. ff. de Iudic. cap. non ne. de præſumpt. iunctis his quæ tradit Pariſ. conſil. 35. num. 11. libro 1.

5 Secundo, Nam, vt inquit Dec. in cap. conſultationibus. num. 11. de offic. delegat. qui cauſa rei ſeruandæ mittitur in poſſeſſionem, non poſſidet, ſed detinet. l. ſi duo. §. creditores. ff. vti poſſid. l. cum legati. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat. Sed ex primo decreto etiã in actione reali mittitur actor in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ. cap. fin. ibi, *cauſa cuſtodiæ*. de eo qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſeru. cap. 1. cap. cum veniſſent. eodem titulo. ergo non poſſidet.

Quibus difficultatibus oppræſſi DD. conſtituerunt differentiam inter ius ciuile & canonicum, vt iure ciuili miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto in iudicio reali efficiatur poſſeſſor; iure vero canonico tantum cuſtos. Quorum ſententia mihi non probatur, quia etiam iure ciuili miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto in actione reali, non fit poſſeſſor, ſed tantum cuſtos ex communi canoniſtarum: quando enim aliquid eſt dubium de iure ciuili, quod reperitur clarè deciſum à iure canonico, etiam in foro ciuili ſtandum eſt iuris canonici diſpoſitioni. cap. 1. & 2. de noui operis nunciat. vbi notarunt omnes.

6 Neque in contrarium mouere debet text. in dicta l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. Cui reſpondit Menoch. d. remed. 3. numero 210. intelligendum eſſe de eo qui miſſus eſt in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, motus ex illis verbis *ad ſimilitudinem cæterorum, qui rei dominium habent*. Quæ comparatio fruſtratoria fuiſſet, niſi intelligeremus miſſionem illam factam fuiſſe ex ſecundo decreto, quod transfert dominium licet minus plenum, vt in dicto §. Iulianus. dicta l. ſi finita. de damno infecto.

Cui intellectui refragantur verba eiuſdem §. ſed & ſi quis. ibi, *intra annum ſe offerenti, cautionemq; ſuſcipiendæ litis danti*. Ex quibus manifeſtè colligitur text. illum intelligendum eſſe de primo decreto, cum ſecundum interponatur poſt annũ. cap. quoniam frequenter. §. in

alijs.

Digitized by Google

alijs. vt lite non conteſtata. cap. contingit. de dolo & contumacia. cap. 1. & 2. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. cauſ.rei ſeru.

7 Nequè verba illa *ad ſimilitudinem cæterorum, qui rei dominium habent* Inducunt comparationem miſſi in poſſeſſionem ex primo decreto, cum vero domino. vt exiſtimauit Menoch. ſed potius comparatur domino is, contra quem decreta fuit miſſio. Quod facile intelligi poterit ſi aduertamus intellectum illorũ verborum pendere ex themate propoſito in §. quod ſi quis. eiuſdẽ legis. vbi dicitur quod ſi quis præſcripſerit ſpatio triginta annorum, & deſierit poſſidere, poteſt rem vendicare, ſi ab initio bonam fidem habuit; ſed ſi habuit malam fidem indignus erit eo beneficio; quod tamen declarat Iuſtinian. in §. ſed hæc procedere quando nouus poſſeſſor acquirit rem ſine violentia; nam ſi violenter abſtulerit, licebit priori poſſeſſori vindicare ſine vlla diſtinctione. & in dicto §. ſed & ſi quis. ait Iuſtinian. quod licet nõ per vim, ſed per ſententiam Iudicis eam obtinuerit, poterit vendicare; ad ſimilitudinem cæterorum, qui dominium habent. Vnde conſtat quantum ad vendicationem, illis verbis comparari eum, qui præſcribit ſpacio triginta annorum cum bona fide, eis qui verum rei dominiũ habent.

8 Vnde vera interpretatio illius text. eſt, quod verbum *prior* non ſemper præſupponit ſecundum. iuxta text. in capit. Ioſeph. de verborum ſignific. l. ſi qui duos. de rebus dub. & notat gloſ. ver. prius. in dicta l. ſi finita. §. Iulianus. Et licet fateremur præſupponere ſecundum; non eiuſdem qualitatis, quia ſi eiuſdem qualitatis eſſet, non vtoretur Iuſtin. illo verbo *ad ſimilitudinem*, quod diuerſitatem in aliquibus præſupponit: aliàs enim ſimile eſſet idem. contra l. 1. §. quod iuſſu. vbi gloſ. ver. quemadmodum. & l. quod Nerua. vbi gloſ. ver. dolum eſſe. ff. de poſiti.

Vnde licet primus ſit verus poſſeſſor, ſecundus poterit eſſe detentor. vt conſiderat Aretin. in l. 3. §. finali. ff. de acqui-

quirenda poſſeſſione. & ita ex illo text. non probatur miſſum in poſſeſsionem ex primo decreto in actione reali eſſe verum poſſeſſorem, ſed ſimilem eſſe poſſeſſori: quia detinet cauſa rei ſeruandæ, quouſquè purgata contumacia reus compareat, vel tranſacto anno, verus efficiatur poſſeſſor ex ſecundo decreto. iuxta text. in dicto capit. quoniam frequenter. §. in alijs. cum ſimilibus ſupra citatis. num. 6.

9 Nequè obſtat text. in dicta l. conſentaneum. ibi, *vel poſſeſſorem bonorum*. Quia ſpecialiter procedit quando miſſio in poſſeſſionem fit poſt litis conteſtationem; quo caſu miſſus efficitur poſſeſſor. iuxta communem omnium Doct. quam reſoluunt plures relati à Menoch. vbi ſupra. numero 217. In ſpecie autem illius tex. litem fuiſſe conteſtatam conſtat ex illis verbis, *vel auditis defenſionibus tuis, id quod iuris ratio exegerit iudicare.* iũcto capitulo tuæ. & per tot. vt lite non conteſtata. cap. prout. de dolo & contumacia.

Nec huic concluſioni obſtat text. in authentica. qui ſemel. C. quo modo & quando Iudex. ibi. *& ſi lis cœpta non ſit*. Quia loquitur de actore contumace. vt conſtat ex ſequentibus verbis. *actionem proponit.* Aduerſus quem lite non conteſtata proceditur ad diffinitiuam. vt notat gloſ. ibi ver. locum. & communis quã reſoluunt Gregorius Lopez. in l. 9. titulo 22. par. 3. verbo *comenzando*, & Paz. in praxi 2. par. 2. tom. cap. vnico. num. 14.

10 Nec item obſtat text. in dicto cap. quoniam frequenter. §. porro. vt lite non conteſtata. cap. cum olim. de teſtibus. cap. vnico. de eo qui mittit. in poſſeſſ. libro 6. vbi lite etiam non conteſtata proceditur aduerſus reum contumacem ad ſententiam diffinitiuam. Quia procedunt iure ſpeciali propter periculum fornicationis, & vacationis beneficij, & propter fauorem libertatis, vt ex illis colligitur.

11 Tertiò non obſtat reſolutioni noſtræ diſputationis tex. difficilis in dicta lege Fulcinius. §. final. ff. ex quibus. cau. in poſſeſſ. eat. ibi. *& fructus*

percipere iuſſit eum. nam ommiſſa interprætatione Bologn. in dicta l. ſi finita. §. Iulianus. num. 174. quam meritò reprobat Vrcurrus ibi numero 234. Reſpondendum eſt tex. illum ſpecialiter procedere quando actor mittitur in poſſeſſionem ob nimiam contumaciam: quia tunc poſſeſſor efficitur. vt docet communis, quam reſoluit Vrcurr. ſupra numero 214. Menoch. vbi ſupra num. 186.

Quæ interpretatio euidenter probatur ex eodem textu. ibi, *qui ob nimiam contumaciam*. Quæ autem dicatur nimia contumacia? relinquitur arbitr. Iudic. vt ex commun. reſoluit Menoch. de arb. libro 1. quæſtione 36. & caſu 180. licet ipſe dict. remed. 3. de retin. numero 187. dixerit (& melius meo iudicio) illum eſſe magnum contumacem, qui à Iudice vocatus, expræſsè dixit nolle comparere, & non comparuit.

Poſſet etiam intelligi text. in d. §. finali. de miſſo in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, quod transacto anno contumaciæ, & ſic ob nimiam contumaciam, interponitur. vt acutè aduertit Salicet. in authentica ei qui iurat. de bon. auctor. Iud. poſſ.

12 Quarto, non obſtat text. in dicta l. ille aquo, alias ædificatum. ff. de damno infecto. qui pro contraria communi opinione induci ſolet dupliciter, primo dum ait poſſeſſionem ad actorem transferri. Secundo dum dicit reum probare debere ius ſibi eſſe ædificatum habere. Vnde conſtat deſijſſe poſſidere, cum poſsidenti non incumbat onus probandi. §. retinendæ. verſiculo commodum. inſtit. de interdictis. Quare illum text. variè interpretantur interpretes, & de ſecundo decreto neceſſariò intelligendum eſſe contendit Menoch. dicto remed. 3. numero 211. Sed ommiſſis omnium interprætationibus, reſpondendum eſt text. illum non loqui de controuerſia rerum corporalium, ſed incorporalium, in qua non habet locum remedium miſſionis, de quo agimus, ſed ſi res non defendatur, ſtatim transfertur poſſeſſio in actorem. Et ideo ſi

prius

prius quam ædificatum ſit, agam negatoria, & conuentus rem non defendat, cogendus eſt à prætore præſtare cautionem non prius ſe ædificaturum, quam egiſſet ſibi ius eſſe altius tollendi. l. ſi prius. 15. de noui operis nunciation. & contumax punitur in hoc vt de iure ſuo probare, & petitoris partes ſubſtinere debeat. dicta l. ſi prius. in fin. Sed ſi iam ædificatum ſit, licet propter contumaciam rei transferatur poſſeſſio; non tamen protinus demolitur opus, niſi intra certum tempus à Iudice ſtatuendum, egerit ius ſibi eſſe ædificatum habere: iuxta text. in dicta l. ædificatum. Alciat. libro 3. paradox. cap. 9. Zaſſi. libro primo ſingularium intellectuum. capit. 4. Carond. libro 1. veroſimil. cap. 5. Forcatol. dial. 16. Ant. Auguſtin. libro tertio emendat. cap. 9.

13 Quinto, non obſtat text. in dicto cap. paſtoralis. §. præterea. de officio ordinar. Ex cuius text. prioribus verbis (ibi. *petitorem rei ſeruandæ cauſa poſſeſſorem induxit*. quæ indicant actorem fuiſſe miſſum in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, & ſic cuſtodem, & non poſſeſſorem eſſe. iuxta text. in l. 3. §. creditores. ff. vti poſſidetis. & l. is cui. ff. vt in poſſeſſ. legatorum) explicāda ſunt verba ſequentia, ibi, *poſſeſſionem reſtituere*. & ibi *recuperare poſſeſſionem ammiſſam*. iuxta regulā tex. in l. ſi ſeruus plurium. 53. §. finali. ff. de legatis primo. & ſic verbum *poſſeſſionis* pro detentione accipiendum erit: vt colligitur ex eo, quod ſubdit Summ. Pontif. in eodem. §. præterea. verſic. verumtamen. admonens reū vt compareat oblata cautione, ne anno elapſo procedatur ad ſecundum decretum, & actor efficiatur verus poſſeſſor. Vnde clare colligitur ex primo effectum non fuiſſe poſſeſſorem, verum, ſed ſolum cuſtodem & detentorem.

14 Deniquè non obſtat. tex. in d. cap. vnico. de eo qui mitt. in poſſ. in 6. cuius inductio ſic explicari debet. Quod cum ibi in cauſa beneficiali non mittatur actor in poſſeſſionem ex primo decreto, ne detur vitioſus ingreſſus in beneficialibus; manifeſtè ſupponit Sum.

Pont. veram poſſeſſionem tráſferri ex primo decreto in alijs. Quia alias fruſtra notaretur inconueniens vitioſi ingreſſus.

15 Quare ad illius intellectum conſtituo in cauſa beneficiali locum non habere miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto: ex ratione expreſſa in d. cap. vnico. Videlicet quod cum contumacia rei nullum ius tribuat actori aliàs ius non habenti, neque vim habeat canonicæ inſtitutionis, non ſit miſſio, propter regulam tex. in cap. ex frequentibus. de inſtit. & cap. 1. de reg. iur. in 6.

16 Nec obſtat quod ex primo decreto non tranſit poſſeſſio in actorem, neque datur vitioſus ingreſſus: quia nè durante rei contumacia, procedatur ad ſecundum, per quod transfertur poſſeſſio, prohibetur miſſio ex primo decreto iuxta vulg. reg. tex. in l. oratio. ff. de ſponſal.

17 Neque obſtat tex. in cap. 1. & 2. de eo qui mitt. in poſſ. qui pugnare videntur cum d. cap. vnico. eod. tit. in 6. Nam pro eorum iurium cócordia communiter diſtingui ſolet an ſit lis de proprietate eccleſiæ, vel de titulo beneficij? Vt primo caſu locum habeat miſsio iuxta d. cap. 1. & 2. Secundo verò non. vt in d. cap. vnico. id tamen intelligendum erit ſi agatur de beneficio obtinendo: nam ſi lis ſit de beneficij obtenti reſtitutione, locus erit miſsioni in poſſeſſionem. vt in d. cap. vn. Ceſſat enim eo caſu ratio impeditiua ſupra conſiderata. vt contra communem aduertit Panor. in cap. contingit. num. 16. de dolo & contumacia.

Ex quibus omnibus iam habetis per miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto neque iure ciuili, neque Pontificio transferri poſſeſsionem quamuis fiat in iudicio reali ex ſupra latè adductis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenta vt rectè ordinentur, ab hæredis inſtitutione ſeù ex hæredatione initium capere debent.*

Exhæredatio, quæ filium ab hæreditate paterna excludit, quæ ſit?

2 *Cauſæ, propter quas filius poteſt à pa-*

à patre exhæredari, referuntur.

3 *Filius meretricem in vxorem ducens, an poſſit a patre exhæredari?*

4 *Vbi militat eadem ratio, ibi debet militare iuris diſpoſitio.*

5 *Meretrix à vicinio honeſtarum mulierum expelli poteſt.*

6 *Meretrix etiam emendata, meretrix dicitur.*

7 *Pater an poſſit filium exhæredare propter ſimilem cauſam vel maiorem illis, quæ referuntur in authen. vt cum de appell.cogn. §. aliud. coll. 8. & num. 14.*

8 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius.*

9 *Qui meretricem in vxorem ducit, remiſsionem peccatorum nanciſcitur.*

Et non eſt culpandus qui meretricem duxit, ſed laudandus, quòd ex mala bonam fecit.

10 *Condemnatus, qui ducitur ad ſupplicium, debet liberari & matrimonio meretrici copulari, ſi ipſum illa ſibi dari in maritum petat.*

11 *Non minus ſupplicium eſt meretricem in vxorem ducere; quã ſemèl & confeſtim naturæ debitum agnoſcens, vitam cum morte commutare.*

12 *Matrimonia libera eſſe debent. Et matrimonium directè vel indirectè quouis modo impedientes quominus libera eſſe deſinant, anathematis pœnam ipſo facto incurrunt.*

13 *Filius vxorem inhoneſtam ducens poterat exhæredari à patre de iure antiquo Digeſtorum.*

15 *Interpretatur tex. in cap. 1. §. porro. quæ fuit prima cau. benef. ammitt.*

16 *Interpretatur tex. in l. fin. C. de reuoc. donat.*

Dictio taxatiua tantummodo *in reliquis ademptionem & priuationem inducit.*

17 *Reſolutio propoſitæ diſputationis eſt patrem non poſſe exhæredare filium, eo quod meretricem in vxorem duxerit.*

DISPVTATIO XXXV.

Filius an poſſit exhæredari ex eo, quod meretricem & inhoneſtam mulierem in vxorem duxerit?

TE-

1 TESTAMENTA vt rectè ordinentur, 1 debent ſuum initium capere ab inſtitutione ſeu exhæredatione. vt docet Conſul. in l. 1. ff. de hęred. inſtit. & Imper. in princ. inſt. de exhæredat. liber. Exhæredatio autem eſt debitæ ſucceſsionis & paternæ hæreditatis priuatio atquè remotio. l. ſub conditione. 18. ff. de bonor. poſſ. cont. tab. Quæ quidem certo iuditio fieri debet. Nam non quælibet exhæredatio excludit filium à ſucceſsione bonorum patris. arg. l. non putabis. 8. §. non quæuis. ff. de bonor. poſſ. cont. tab. & notant. Bart. & omnes. in l. quidam. num. 6. ff. de verb. oblig. Ang. Bal. & Vigl. in princ. inſt. de exhered. liber. & omnium optimè Mench. de ſucceſſ. Creat. lib. 2. §. 20. num. 73. Sed illa ſolum quæ iuſtè & legitimè ſecundum legis diſpoſitionem fit, hoc eſt nominatim, & cum cauſa. Veluti filium meum (ſi vnicus ſit, vel ſi plures) Titium filium meum: quia manus violentas in me iniecit, exhæredo. d. princ. inſt. de exhæred. liber. d. l. non putauit. §. non quæuis. ſic intelligendo. & auth. vt cum. de appellat. cognoſ. §. aliud quoquè. col. 8. vbi cauſæ, propter quas exhæredari filius poteſt, referuntur.

2 Prima eſt ſi filius parentibus ſuis manus violentas intulerit. quæ etiam colligitur ex l. prima. ff. de obſeq. à liber. parent. præſt. Secunda ſi grauem & inhoneſtam iniuriam eis ingeſſerit. d. l. 1. in fi. Tertia ſi eos in criminalibus cauſis accuſauerit; quæ non ſunt aduerſus Principem, vel Rempub. Quarta ſi cum maleficis hominibus vt maleficus verſatur. arg. l. vim paſſam. §. mulierem. ff. ad leg. Iul. de adulter. Quinta ſi vitæ parentum ſuorum per venenum aut alio modo inſidiari tētauerit. Rub. & tit. ad leg. Pompei. de parric. Sexta ſi nouercæ ſuæ, aut concubinæ patris filius ſe ſe immiſcuerit. l. liberi. 4. l. nemini. 17. C. de nupt. Tertia ſi delator contra parentes extiterit, & propter delationem grauia eis diſpendia fecerit ſubſtinere. Octaua ſi pro perſona vel debito parentum in quantum poteſt, eos liberare nolue-

noluerit. Nona ſi prohibuit eos facere teſtamentum. l. teſtamenti. C. de inoffic. teſtam. Decima ſi contra voluntatem parentum inter arenarios & mimos perſeuerauerit, cum pater non fuerit illius profeſſionis. l. in arenam. C. de inofficios. teſtam. Vndecima ſi filia luxorioſam vitam egerit, cum parentes vellent eam pro poſſe ſuo dotare vt nuberet. l. ſi filiam. 19. C. de inoffic. teſtamen. Duodecima, ſi parentibus furioſis debitam curam non impenderit. Decimatertia ſi parentem captum, de carcere deducere neglexerit. authent. ſi captiui. C. de Epiſcop. & Cleric. Decimaquarta & vltima, ſi filius ſit hæreticus, pater vero Catholicus. l. cognouimus. C. de hæretic. quas cauſas etiam refert gloſ. in capitulo quintauallis. de iureiurando. & Roland. in tractatu de teſtament. parte prima rubr. 14. num. 13.

3 Quibus ſic prænotatis affirmatiua propoſitæ diſputationis pars, nempe filium poſſe exhæredari à patre ex eo quod mulierem inhoneſtam duxerit in vxorem, probari poſſe videtur ex ſeq. Primo per tex. expræſſum. in l. non tantum. §. ſi emancipatus filius. ff. de bonor. poſſ. contra tab. Vbi iuris conſul. expreſsè conſtituit filium ignominioſam ducentem vxorem poſſe exheredari. Sed negari non poteſt meretricem ducentem, ignominioſam ducere vxorẽ. iuxta doctrinam. Iaſſ. in l. in arenam. 11. num. 5. C. de inoffic. teſtam. Ergo nec poterit negari poſſe exhæredari.

4 Secundo nam ferè omnes cauſæ, propter quas filium à patre exhæredari poſſe ſupra probauimus num. 1. ex d. auth. vt cũ de appellat. cognoſc. §. aliud quoquè cum ſimil. ibi citatis, tendunt ad conſeruationem honoris & reuerentiæ parentum vt conſtat. ex 2. 3. 4. 6. 10. 11. & 14. Sed hæc ratio militat etiam in hac, de qua loquimur cauſa. vt conſtat. ex d. l. non tantum. §. ſi emancipatus. ff. de bonor. poſſ. contra tab. ibi *vt dedecori ſit tã ipſi, quam patri, mulierem talem habere*. Ergo ex eadem etiam iuris diſpoſitione dicendum eſt filium meretricem in vxorem ducentem, poſſe exhæredari.

dari. arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil.

5 Tertio nam iuſtè exhæredatur à patre filius, qui cum maleficis hominibus verſatur. ex d. §. aliud quoquè. Sed meretrix adeò malefica iudicatur in iure, vt poſſit à vicinio honeſtarum mulierum expelli. ex l. cum ſupra. C. de re milit. lib. 12. l. 2. in fin. C. de iure emphit. authent. de Lenocin. in fin. l. Iulianus. in princ. ff. de act. empti. & probant Lucas de penna. in l. ſi qua. in princ. 2. col. C. de ſpecta. & ſcenis. lib. 11. ne alios inficiat, nam.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.

Et plurimi alij quos refert & ſequitur Bobadilla noſter in politica prætor. lib. 2. cap. 13. num. 40. Ergo iuſtiſſimè etiam exhæredabitur filius nō ſolum verſans cum meretrice, ſed eam in vxorem ducens.

6 Quarto nam iuſtè etiam exhæredatur filius, qui grauem & inhoneſtam iniuriam parētibus intulit. quæ eſt ſecunda cauſa exhæredationis liberorum relata in d. §. aliud quoque. Sed nulla maior iniuria filij erga patrem nobilem poteſt conſiderari, quam ducere vxorem meretricem; cum etiam emendata dicatur meretrix. vt probat Franciſcus de Aretio. in cap. veniens. in tertia col. de teſtib. per tex. in l. palam. §. non ſolum. ff. de rit. nupt. & reg. ſemel malus. in 6. quem refert & ſequitur Afflict. ſuper Conſt. Reg. Neap. Rub. 43. lib. 3. num. 2. vt conſtat ex d. l. non tantum. §. ſi emancipatus. ibi *dedecori ſit tam ipſi quam patri mulierem talem habere.* ergò iure quidem optimò poterit talis filius à patre exhæredari.

7 Quinto deniquè & vltimo facit doctrina Ant. Gom. 1. tom. var. cap. 11. num. 12. vbi expreſsè docet patrem non ſolum poſſe exhęredare filium ex cauſis enumeratis ſupra nu. 2. Sed etiam propter aliam ſimilem vel maiorem. arg. tex. in cap. 1. §. porro, quæ fuit prima. cau. benef. ammit. & l. fi. C. de reuoc. donat. Cuius ſententiæ & opinionis fuerant antea. Guiler. in auth. non licet. C. de liber. præter. & ibi Alex. num. 4. vbi dicit ab hac ſententia non eſſe recedēdum

nec

nec in iudicando nec in conſulendo. & ibi Iaſſ. num. 6. Curt. iun. 4. colu. qui communem eſſe dicunt. Ang. in l. lex. cornelia. ff. de iniur. Alex. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iud. num. 18. & alij quos refert. Alber. in auth. ex cauſa. C. de liber. præter. col. 9. 1. quæſt. & communem etiam appellat. Curt. iun. conſ. 182. num. 10. Vigl. in §. mater. num. 8. inſtit. de exhæred. liber. & in §. igitur. num. 6. inſtit. de inoffic. teſtam. quos ſequitur Eman. Suar. in theſau. receptar. ſenten. ver. exhæredato. num. 205. Vnde cum cauſa in propoſita diſputatione expreſſa, ſit ſimilis ſecundæ, quartæ, decimæ, & vndecimæ, propter quas iuſtè exhæredari filium poſſe dicitur in d. auth. vt cum. de appellat. cognoſci. §. aliud quoquè vt ſupra probaui. num. 4. cum duobus ſequent. Proculdubio dicendum videtur propter hanc etiam iuſtè exhæredari poſſe.

8 His tamèn non obſtantibus fundamentis contrarium verius eſſe exiſtimo. Nempe nō poſſe patrem filium exhæredare ex eo, quod meretricem in vxorem duxerit; neque ab eo eſſe recedendum in iudicando & conſulendo, quicquid in contrarium dicant DD. ſupra citati. num. 7. quibus infra ſuo loco ſatisfaciam, & moueor ex ſequentibus. Primo ex tex. capitali in d. auth. vt cum. de appellat. cogn. §. aliud quoquè vbi Iuſtin. non contentus exprimere & numerare cauſas, propter quas filius à patre poſſit exhæredari (quod ſufficiebat ad hoc vt ex alijs ab eo nō expreſſis, non poſſet exhæredari. arg. l. Nam quod liquidè. ff. de penu. legat. l. cùm prætor. ff. de iudic. & cap. nonne. de præſumpt. cum ſimil.) ne de hoc amplius dubitari poſſet, addidit verba ſequentia ibi *vt præter ipſas, nulli liceat ex alia lege ingratitudinis, cauſas apponere, niſi quæ in huius conſtitutionis ſerie continentur.* quæ verba omnem dubitationis huius nodum diſſoluunt, vt abſque dubio reſpondeamus patrem non poſſe filium exhæredare, eo quod meretricem duxerit in vxorem: cum non ſit expræſſum inter cauſas à Iuſtin. enumeratas in di-

cto. §. aliud quoquè.

9 Secundo pro hac ſententia & concluſione facit nam omnes cauſæ, propter quas filium exhæredari poſſe ait Iuſtin. ſunt ex ſe aliàs à iure damnatæ tanquam delicta. vt conſtat ex iuribus ſupra citatis num. 2. Sed cauſa, de qua in hac noſtra diſputatione, non ſolum non eſt à iure reprobata, & damnata; ſed omnino probata, & laudata. Igitur tanquam diſſimilis, & omnino illis contraria, contrario etiam iure cenſeri debet. arg. l. liber homo. 118. ff. de verb. oblig. & ibi Doctor.

Quod autem cauſa iſta non ſolum non ſit à iure damnata; ſed omnino probata, & laudata. probatur ex tex. eleg. in cap. inter opera. de ſponſal. vbi Clem. 3. in hæc aureæ verba. *Inter opera charitatis non minimum eſt errantem ab erroris ſui ſemita reuocare, & infra. ſtatuimus vt omnibus, qui publicas mulieres de Lupanari extraxerint, & duxerint in vxores, quod agunt, in remiſſionem proficiat peccatorum*. Vnde *non eſt culpandus* (vt inquit Diu. Hieron. in cap. non eſt culpandus. 32. quęſt. 1.) *Oſſea Propheta (interim vt ſequamur hiſtoriam) ſi meretricem, quam duxit, ad pudicitiam conuerterit, ſed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecerit*. Ergo rectè ſequitur filium meretricem ducentem, non ſolum non eſſe damnandum & hęreditate priuandum, ſed potius laudandum, & maiori facultate proſequendum: alias enim inducta ad vnum effectum, hoc eſt ad gratiam & indulgentiam, contrarium produceret effectum. contra l. legata inutiliter. 19. ff. de legat. 1.

10 Nec exiſtimet aliquis huius actus ducendi vxorem meretricem, effectum conſiderari reſpectu animæ in foro interiori tantum: nam etiam in exteriori reſpectu pœnæ temporalis locum habere conſtat ex his quæ tradit Iulius Clar. libro 5. recept. §. finali quæſt. 98. numero 6. vbi dicit, quod ſi condemnatus ducatur ad ſupplicium, & compareat meretrix, quæ petat illum ſibi dari in maritum, debet condemnatus liberari, & meretrici matrimonio copulari. Et ita practicari in Hiſpania teſta-

teſtatur Pariſ. de Puteo.de ſindicatu. folio 335. numero 2. in fine. quem refert Couarr. in 4. 2. par. cap. 3. §. 4. num. 17. Viuius lib. commun. opinion. verſiculo condemnatus ad mortem. Pract. Carrer. folio 553. numero 85. Placa libro primo delictorum. capit. 34. numero 6. & ita obſeruari de generali conſuetudine totius Regni Franciæ atteſtatur Caſſan.ſuper conſuetudine Burgundiæ. in titulo des Iuſtices. §. 5. num. 97. & in facti contingentia ita vidiſſe practicari & obſeruari per parlamentum Pariſienſe. atteſtatur Papo. lib. 24. titulo 10.arreſto 14.

11 Cum enim re vera non minus ſupplicium illi futurum ſit id genus vxorem accipere, quam ſemel & confeſtim naturæ debitum agnoſcens, vitam cum morte commutare; non inde maior facilitas ad ſuſcipienda facinora ſub ſpe huius liberationis ingenerabitur, nec publica vtilitas de ſummendis ſupplicijs euaneſcet. Immo forſan augebitur, hiſce præcipuè temporibus. Vnde cum publica vtilitas ſit publici fundi calamitatem, vitæ iuuenum barathrum è medio tolli, & ad meliorem frugem eà ratione conuerti, publica vtilitas hæc publicæ illi vtilitati delicta puniendi clementer ſatisfacit, condemnatum liberando, & illum meretrici matrimonio copulando. vt eleganter conſiderat Emanuel Suarez. in addition. ad Anton. Gomeſ. 3. tom. variarum. capit. 13. numero 37. verſiculo quintus caſus. verbo & in terminis.

12 Tertio & vltimo, pro hac veriori ſententia facit: nam præcipuus iuris Canonici ſcopus eſt, vt matrimonia ſint libera. ex Diu. Thom. in 4. distinct. 29. quæſtione vnica. articulo quarto. Sanchez. de matrimon. libro quarto. diſputat. 22. numero 5. & conſtat ex Concil. Tridentin. ſeſſione vigeſimaquarta. capit. nono, vbi quouis modo impedientes matrimonia directè vel indirectè quominus libera eſſe deſinant, anathematis pœnam ipſo facto incurrunt. Sed ſic eſt, quod ſi pater poſſet exhæredare filium ex eo quod

meretricem & inhoneſtam duceret vxorem, matrimonium non eſſet liberum: quia ob metum amittendi hæreditatem, nemo illud cum muliere id genus contrahere auſus eſſet. Ergo neceſſario dicendum eſt non poſſe filium ex eo exhæredari; vt liberum ſecundum ſui naturam matrimonium exiſtat. Ex quibus indubitabilis redditur quæſtio propoſitæ diſputationis; cum ex dictis euidenter probetur patrem non poſſe exhæredare filium, ex eo quod meretricem in vxorem duxerit.

13 Neque obſtant fundamenta ſupra pro contraria adducta à numero 3. Nam ad primum de text. in dicta l. non tantum. §. ſi emancipatus. Reſpondeo cum Bart. Alberic. & communiter omnibus ſcribentibus ibi, textum illum procedere de iure antiquo Digeſtorum. Secundum quod ſicut matrimonium à filio in poteſtate conſtituto contractum ſine voluntate Patris, erat nullum & filij ex eo nati erant iniuſti. vt in l. Paulus. ff. de ſtatu hominum. Ita & filius vxorem meretricem ducens à Patre iuſtè exhæredabatur. vt in dicto §. ſi emancipatus. Quæ iure nouiori ſunt abrogata: Illud in l. in copulandis. C. de nupt. vbi habetur quod in copulandis nuptijs, nec curatoris, nec cognatorum vel affinium illa authoritas poteſt interuenire; Sed ſpectanda eſt eius voluntas, de cuius coniunctione tractatur. & in capitulo veniens. el primero. de ſponſalib. cap. ſufficiat. 27. quæſtione 2. & in Concilio Tridentin. ſeſſione vigeſimaquarta de reformat. matrimon. cap. 1. Hoc autem in dicto authentico vt cum. de appellat. cognoſc. §. aliud; Cum hæc nõ ſit de cauſis ibi expreſſis. vt tenent gloſ. Bart. & Doctor. ibi. Couarr. in 4. 2. par. cap. 8. numero 6. & communis ſecundum Nauar. in manuali. cap. 14. num. 15. & Ioan. Gutier. practicar. quæſtionum. libro 2. quæſt. 1. num. 12. & quæſt. 5. num. 2. in fin.

Ad ſecundum vero, tertium & quartum fundamentum ſupra numero 4. 5. & 6. adducta, breuiter reſpondetur, quod licet cauſæ in eis con-

conſideratæ, ſint ſimiles huic, de qua in noſtra diſputatione; non tamen ſub ſe illam compræhendunt, vt eodem iure cenſeatur: nam ab eodem Legiſlatore Iuſtin. expræſsè fuit excluſa, vt probauimus ſupra numero 8. ex verbis dicti §. aliud quoquè. ibi, *vt præter ipſas nulli liceat &c.*

14 Nec vltimo loco obſtat doctrina Anton. Gom. 1. tom. variarum cap. 11. numero 12. dicentis patrem non ſolum poſſe exhæredare filium ex cauſis enumeratis in dicto §. aliud quoquè; Sed etiam ex alia ſimili, vel maiori. Nam (ſalua pace tanti viri), contrarium verius iudico: ex verbis dicto §. aliud proximè relatis. Dictio enim illa, *præter*, eſt excluſiua alterius cauſę antea ibi non expreſſæ: iuxta l. placet. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & l. nam quod liquidè. §. final. ff. de pœnu. leg. & probat Bartol. in l. Cæſar. ff. de publ. & vectigal. numero 1. & in l. ſi tutor. §. ſi tutori. nu. tertio. ff. de tutel. & ration. diſtrah.

15 Nequè obſtat text. in dicto cap. 1. §. porro. Quæ fuit prima cauſa benefic. ammitt. in vſibus feud Nam (vt ipſe Anton. Gom. fatetur) poſtquam fuerant expreſſæ ibi cauſæ, propter quas vaſſallus poſſit priuari feudo, ſubdit text. *vel alias graues. & inhoneſtas iniurias intulerint*. ſub quibus poſſunt compræhendi pluri-mæ aliæ, vel ſimiles, vel maiores. Quod ſecus eſt in caſu noſtro, in quo non ſolum non inueniuntur verba extenſiua; Immo potiùs excluſiua, & conſequenter nullo modo poterit extendi deciſio dicti §. aliud quoquè ad caſum noſtræ diſputationis: tùm ex dictis, tum etiam ex reg. odia. in ſexto. iuncta l. cum quidam. ff. de liberis & poſthumis. & quæ ſupra dixi diſput. 4. numero 12. & 13.

16 Minus obſtat text. in dicta l. final. C. de reuoc. donat. quã Anton. Gomez. pro ſua opinione adducit, vbi ſupra. Cui reſpondeo, quod ex illa lege non deducitur talis concluſio. licet gloſ. ibi. verb. voluerit. exiſtimet quod nõn ſolum ex cauſis ibi enumeratis, poſſit donator reuocare donationem, quam alteri fecit,

ſed

ſed etiam ſi donator inops factus, non alatur à donatario. Quæ gloſæ & ſequacium opinio ex eo maximè poſſet defendi: quod cauſa illa (ſi rectè textus ille perpendatur,) in eo contineri videtur. Ait enim. Imperat. *generaliter ſancimus omnes donationes lege confectas, firmas, illibataſquè manere, ſi non donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur.* Cum igitur ingratus à iure reputetur, qui donatori inopi alimenta non præſtat. vt probat eadem gloſ. ibi. argumen. l. Diuus. & l. ingratus. ff. de iurepatronatus. Quid mirũ ſi extendatur diſpoſitio illius legis ad caſum, qui ſub eadem compræhenditur?

Sed nec illius legis intellectus poteſt ſubſtineri. Tùm quia nullo modo probant prędicta iura à gloſ. citata ingratum eſſe donatarium, qui donatorem inopem non alit, ſed tantum eum, qui obſequium, & reuerentiam Patrono, à quo libertatem acceperat, non prę-ſtat. Tùm etiam, quia diſpoſitio illius legis non poteſt extendi ad alios caſus præter 5. in ea enumeratos. vt cõſtat ex illius verbis ibi, *ex his enim tantummodo cauſis*, quæ dictio *tantũmodo* eſt taxatiua in reliquis ademptionem inducens. iuxta l. 3. §. cum Titio. ff. de adimen. legat.

17 Immò dato & non conceſſo, quod vera eſſet doctrina, quam Anton. Gom. deducere intendit ex d. l. fin. non ex ea poteſt inferri quod diſpoſitio d. auth. vt cum. de appell. cogn. §. aliud. extendatur ad caſum noſtræ diſputationis. Tùm ob cõtrarietatem rationis huius, & aliarum cauſarum, quam ſupra cõſideraui. n. 9. & 10. Tùm etiam propter abſurdũ, & inconueniens, quod inde ſequeretur cõtra libertatem matrimonij, vt ſupra probaui n. 12. Ex quibus reſolutiuè dico, Patrem nullo modo poſſe filium exhæredare, ex eo quod meretricem, & inhoneſtam mulierem in vxorem duxerit, nec aliter in iudicando poſſe dici iudico.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERVM ET VERBORVM ORDINE ALPHABETICO DIGESTORVM

Quaſcunq; materias & quæſtiones quàm breuiſsimè, eaſquè ſub ſuis rubricis locatas complectens.

A

ABLATIVVS abſolutus conditionem importat, quæ in ſpecifica forma debet adimpleri. diſp. 35. *numero* 10.

Abſurdum eſt patrem à filio, magiſtrum à diſcipulo, & ſuperiorem ab inferiore corrigi. diſp. 30. *num.* 12.

Abſens cauſa reipub. reſtituitur etiam aduerſus abſentem cauſa etiam reipub. diſp. 2. *num.* 5.

Acta in vno iudicio facta, faciunt fidem in alio quoad eaſdem perſonas. diſp. 15. *num.* 3.

Actis coram iudice factis, & per actuarium ſcriptis, plena fides adhibetur in his, quæ attinent ad officium iudicis, diſp. 29. *num.* 13.

Actus nullus nomen eius rei, quàm ſignificare vult, habere non meretur. diſp. 5. *num.* 13.

Ad aſſecurationem concedendam non eſt expectandus exitus vt maritus cum effectu diſſipet omnia bona, ſed ſatis eſt ſi incipiat diſſipare. diſp. 12. *numero* 4.

Ad capturam non eſt deueniendum niſi capta prius informatione. diſp. 28. *numero* 10.

Ad derogationem iuris communis regulariter ſufficit clauſula generalis non obſtantibus legibus ſeu conſtitutionibus in contrarium. *diſp.* 33. *numero* 13.

Ad remittendum ij admittuntur de iure, qui ad accuſandum. diſp. 27. *numero* 1.

Ad repudiationem rei eccleſiæ, vniuerſitati, aut minori relictæ, an ſit neceſſaria ſolemnitas, quæ ad alienationem rerum illorum requiritur? diſp. 1. *num.* 7.

Aduerſus euidens periculum naturaliter datur defenſio. diſp. 7. *num.* 1.

Adul-

INDEX.

Adulterium eſt alterius thori violatio. diſp. 15. num. 9.

Adulterium eſt de criminibus grauioribus. diſp. 32. num. 3.

Affectata præuentio nulla eſt. & quæ dicatur affectata? diſp. 28. num. 9.

Affectio fratrum in cauſa ſui monaſterij non conſideratur, quominus admittantur ad teſtificandum de rebus in capitulo factis. diſp. 12. num. 4.

Affectus ſolum attenditur in aſſaſſinij crimine ad hoc vt nec mandans, nec mandatarius, nec complices, nec fautores aut receptatores gaudeant immunitate eccleſiaſtica. diſp. 10. numero 9.

A Iure tàm diuino, quàm humano laicis poteſtas in eccleſiaſticas perſonas prohibita eſt. diſp. 30. num. 11.

Alienatio rerum eccleſiæ fieri debet propoſita prius cauſa capitulo legitimè congregato ab illius Decano, & à maiore parte illius aprobata, & ab Epiſcopo confirmata. diſp. 1. num. 3.

Alienatio rerum monaſterij vel alterius Cõmunitatis Regularis quomodo fieri debeat? ibid. num. 4.

Alienatio rerum Eccleſiæ parrochialis, Capellæ, Oratorij, Confraternitatum aut Hoſpitalis, quomodo fieri debeat? ibid. num. 5.

Alienatio rerum ad dignitatem Epiſcopalem pertinentium quomodo fieri debeat? diſp. ead. num. 6.

Alienare probibitus actiones cedere aut ſuper eis ſine iuris ſolemnitate tranſigere non poteſt. ibid. num. 28.

Alienatio eſt quadruplex proprijſſima & propria, impropria & improprijſſima. ibid. num. 22.

Alimenta denegare ijs, qui ad eccleſiam confugiunt, nihil aliud eſt, niſi immunitatem eccleſiaſticam violare. diſp. 10. num. 6.

Alloquutio ſequuta cum delinquente, non inducit inditium ad torturam, niſi præcedat inimicitia capitalis inter offenſum & alloquentem. diſp. 16. numero 9.

Alteri ſtipulari nemo poteſt. diſp. 12. num. 7.

Amplius munus exercet qui iuriſdictionem habet, quam qui ſolum gubernat, & regit. diſp. 20. num. 5.

Amor ebrietati æquiparatur. & amore captus furioſus dicitur. diſp. 17. numero 6.

Ante omnia de delicto in genere conſtare debet, alias corruit proceſſus, ſicut ædificium ſine fundamentis. diſp. 9. num. 1.

Appellatione rerum veniunt etiam iura & actiones. diſp. 1. num. 27.

Aſſecuratio dotis concedenda eſt quando quis male vtens ſubſtantia ſua, vergit ad inopiam. diſp. 12. num. 3.

Aſſecuratio dotis ad quid fuerit inuenta? ibid. num. 6.

Aſſerenti de facto proprio credendum eſt. diſp. 29. num. 8.

Attento iure communi vxor admittitur tàm ad accuſandum, quàm ad remittendum pro nece mariti; attento vero iure Regni Neapol. licet admittatur ad accuſandum, non tamen ad remittendum conſanguineis ſucceſſoribus hæreditarijs exiſtentibus. diſp. 26. num. 16.

Auxilium cooperatiuum inducit appenſamentum ad delictum, & coadunatio

Digitized by Google

natio ad id principaliter facta, & quod aliter delictum patrari non potuiſſet. diſp. 16. num. 5.

B

BEneficia ſimplicia curam animarum non habentia poſſunt conferri in minoribus ordinibus conſtitutis. diſp. 25. num. 1.& num. 12.
Bona fideicommiſſo ſubiecta an poſſint alienari? diſp. 24.num.8.& num.25.

C

CAſus mortis in facultate prouidendi expraſſus, an poſſit extendi ad caſum renuntiationis, ſeu alium ſimilem? diſp. 4. num. 1.
Caſus mortis & abſentiæ æquiparantur ad hoc vt delegatio facta in vno caſu, habeat locum in alio. ibid. num. 5.
Caſus ommiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis. ibid.num. 9.& diſp. 11. num. 6.
Cauſa generaliter commiſſa, cenſentur commiſſa omnia, quæ ad eius expeditionem pertinent. diſp. 5. num. 6.
Cauſa ſcientiæ requiritur in depoſitione teſtium vt illis fides adhibeatur. diſp. 9. num. 4.
Cauſæ ſpetialiter commiſſæ alicui. nec poſſunt delegari, nec tranſire cum iuriſdictione generaliter mandata. diſp. 5. num. 4.
Cauſæ mixti imperij delegari poſſunt. ibid. num. 15.
Cauſæ merè eccleſiaſticæ quæ ſint? diſp. 3. num. 2.
Cauſæ eccleſiaſticæ ſed non merè quæ dicantur? ibid. num. 3.
Cauſæ merè temporales, & profanæ ſunt cauſæ omnes ciuiles & criminales laicorum. ibid. num. 4.
Cauſæ mixtæ quæ ſint? ibid. num. 5.
Cauſæ propter quas filius poteſt à patre exhæredari, referuntur. diſp. 35. numero 2.
Cedens beneficium quoad illud habetur pro mortuo. diſp. 4. num. 2.
Clericus abſquè periculo irregularitatis poteſt accuſare ſuum offenſorem, etiam ſi veniat puniendus pœna vltimi ſupplicij, dummodo accuſationem proponat cum expreſſa proteſtatione citra pœnas ſanguinis. diſp. 11. numero 9.
Clericus apud ſecularem iudicem crimen confeſſus, non eſt propterea ab eccleſiaſtico puniendus. diſput. 29. numero 1.
Citò ad inopiam venit, qui inordinatè viuit, non ſeruato ordine, modo & cenſura viuendi. diſp. 12. num. 5.
Concubina in fauorem concubinarij, nequè meretrices in cauſis criminalibus teſtes eſſe poſſunt. diſp. 8. num. 7.
Citationis relatio debet ſcribi per actuarium cauſæ, aliàs nullam operatur effectum. diſp. 26. num. 8.
Citatione abſentium perpetuatur iuriſdictio. diſp. 28. num. 11.
Collegium Hiſpanorum Bononiæ poteſt ſibi confeſſorem eligere, & Corpus Chriſti aſſumere in ipſius Capella abſquè licentia parrochi. diſp. 20. numero 9.
Condemnatus qui ducitur ad ſupplicium debet

debet liberari, & matrimonio meretrici copulari ſi ipſum illa ſibi dari in maritum petat. diſp. 35. *num.* 10.

Confeſſus in iure pro condemnato habetur. diſp. 15. *num.* 2.

Confeſſio debet eſſe veriſimilis & probabilis. ibid. num. 6.

Confeſſioni in præiuditium matrimonij ſtandum eſt, quando ſit ab vtroquè coniuge & eam fama iuuat. ibid. numero 7.

Confeſſio facta à clerico coram iudice eccleſiaſtico alterius tamen diœceſis, habet vim extraiudicialis coram proprio Epiſcopo. diſp. 29. *num.* 4. 6. *&* 7.

Confeſſio extraiuditialis debet probari per duos ſaltem teſtes, qui ſint conteſtes de loco, tempore, & cauſa ſcientiæ & deponentes cum iuramento. ibid. num. 12.

Confitens reus quod verberauit, vel occidit aliquem ad ſui defenſionem, tenetur illud probare: alias venit condemnandus tanquam confeſſus pro homicidio vel verberibus. diſp. 17. *numero* 4.

Confitenti iuditialiter emiſſe, & ad computum pratij tantum ſoluiſſe, incumbit onus probandi validioribus probationibus contrarium eius, quod teſtes partis aduerſæ licet minus idonei depoſuerint. diſp. 22. *num.* 6.

Confiteri ex diuerſis temporibus idem eſt quod perſeuerare in confeſſionibus in eis factis. diſput. 21. *num.* 12.

Confrontatio adeo eſt recepta, vt ea deficiente, muneri ſuo minus ſatisfeciſſe dicatur iudex. ibid. num. 6.

*Confrontationem in quà iudex confeſſi depoſitionem non legit ad faciem ſocij criminis, improbat Farin. tanquam communi criminaliſtarum practica contrariam. ibid. num.*8.

Coniudex qua ratione pro ſe iudicat & eligit, eadem etiam eligere & iudicare pro coniudice, qui vices ſuas ſibi ipſi commiſſit, debet. diſp. 6. *numero* 10.

Conſtitutio non ligat non ſubditos. diſp. 20. *num.* 8.

Conſenſus tacitus epiſcopi ſufficit ad hoc vt qualitates rebus ſpiritualibus à teſtatore appoſitæ, ſubſiſtant. diſp. 25. *n.* 13.

Conſtitutio conciliaris requirit ſpetialem & expræſſam clauſulam derogatoriam in quibuſcunquè gratijs, & reſcriptis contra eam conceſſis. diſp. 33. *num.* 14.

*Contumacia rei nullum ius tribuit actori illud aliàs non habenti, nec vim habet canonicæ inſtitutionis. diſp.*34. *numero* 15.

Contumax eſt qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod peremptorium appellatur litteris vocatus præſentiam ſui facere contemnit. diſp. 26. *num.* 2.

Contractus quatuor modis dici poteſt diuiduus vel indiuiduus & quomodo? diſp. 23. *num.* 11.

Conſanguinei ſunt ſuſpecti contra eum, qui conſanguineum eorum offendit. diſp. 7. *num.* 4.

Conſpiratores teſtes eſſe non poſſunt aduerſus eum, contra quem conſpirauerunt. ibid. num. 5.

Credendum non eſt Principem vnico verbo totam ſuæ diſpoſitionis naturam mutare

mutare velle. diſp. 24.num. 21.

Creditor an poſſit cogi partem debiti ſuſcipere? diſp. 23.num. 2.

Crimina publica ad inſtar priuatorum ſunt redacta in Regno Neapol. diſp. 11.num. 4.

Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. diſp. 31. num. 5.

D

De iure melior eſt conditio poſſidentis. diſp. 28.num. 1.

Delegatus an poſſit exequi ſententiam à ſe latam? diſp. 5. num. 1.

Delegatus poteſt ſententiam ſuam executioni mandare. ibid. num. 5.

Delegatus exequitur ſententiam ſuam per miſſionem in poſſeſſionem. ibid. n. 7. & 8.

Delegatus ſubdelegare non poteſt. diſp. 6. num. 3.

Delegatus commodatario ſimilis eſt, qui rei commodatæ vſum tantum habet, dominio penes commodantem remanente. ibid. num. 4.

Delegatus Principis etiam ſine iuſta cauſa ſubdelegare poteſt. ibid. numero 6.

Delegatus Principis cuius perſona induſtria fuit electa, vel cui nudum miniſterium fuit commiſſum, non poteſt ſubdelegare. ibid. num. 12.

Delegati à Principe maiores ſunt quocunquè ordinario. ibid. num. 13.

Delictum in genere in materia furti quomodo probari debeat? diſp. 9. numero 2.

Delictorum frequentia aliquando expoſtulat vt iudex excedat iuris limites in pœnis imponendis. diſput. 18. num. 6.

Delictum parricidij exceptum, atrociſſimum, & difficilis probationis eſt. diſp. 21. num. 2.

Delictorum quædam ſunt leuia ſeù minora, quædam grauia ſeu magna, quædam grauiora ſeu maiora, quædam grauiſſima ſeu maxima, & quę dicantur ſingula? diſput. 32. num. 1.

Delinquens non debet eſſe melioris conditionis eo, qui non delinquit, nequè ex ſuo delicto commodum reportare debet. diſp. 14. num. 5.

Deportatus perdit omnia quæ Iuris ciuilis ſunt, & ideo teſtamentum facere non poteſt. diſp. 14. num. 2.

Deportatus in inſulam ſi effugiens militia ſe dedit, capite punitur. ibid. numero 4.

Dignior eſt ille qui maiorem habet dignitatem, amplius munus exercet, & pluribus priuilegijs gaudet, & nobiliori habitu incedit. diſp. 20. numero 3.

Dignior ſemper eſt præferendus. ibid. num. 2.

Dictio propter denotat cauſam remotam. diſp. 29. num. 3.

Dictio taxatiua tantummodo in reliquis priuationem inducit. diſp. 35. num. 16.

Diætarum computatio quomodo fieri debeat? diſp. 33. num. 1.

Diæta eſt duplex alia legalis, alia vero vulgaris & quæ ſit legalis? ibid. numero 2.

Diæta vulgaris quæ dicatur? ibid. n. 3.

Diata computatio in actione perſonali quomodo fieri debeat? ibid. num. 5.
Diata computatio in actione reali quomodo fiat? ibid. num. 6.
Diata computatio fieri debet à fine diœceſis habitationis rei, licet res alibi exiſtat. ibid. num. 7.
Diœceſis ſua propriè loquendo dicitur in qua quis babitat, & domicilium habet. diſp. 33. *num.* 8.
Diſonantiam ſcriptura, & lectura illius vitandam. diſp. 24. *num.* 18.
Diſpenſatio babilem reddit alias inhabilem. diſp. 25. *num.* 4.
Diſpenſandi facultas aliquando conceditur expræſsè, aliquando vero tacitè & virtualiter. & quomodo? diſp. 32. *num.* 12.
Diſpoſitio in vno caſu concepta extenditur ad alium conſimilem. diſp. 4. *numero* 4.
Diſpoſitum in caſum mortis naturalis, non extenditur ad caſum mortis ciuilis, neque in eo verificatur. ibid. numero 11.
Dolus & fraus nemini patrocinari debet. diſp. 3. *num.* 8.
Dolus non præſumitur niſi ex argumentis & inditijs probabilibus inducatur. ibid. nnm. 10.
Donatio inter virum & vxorem regulariter eſt à iure probibita. diſp. 12. *num.* 8.
Donatio inter virum & vxorem iuramento firmata an valeat ab initio? vel differenda ſit ad tempus mortis? ibid. num. 10.
Donatio ante contractum matrimonium inter futuros coniuges valet, & an differat ab ea qua ſit propter nuptias? ibidem numero 9.
Domicilium rei conuenti attenditur pro computandis diatis. diſp. 33. *numero* 9.
Duabus mulieribus de dote agentibus antiquior cauſa dotis præfertur. diſp. 2. *num.* 2.
Duplici pœna nemo eſt afficiendus pro vno delicto. diſput. 14. *num.* 8.
Duo vincula fortiora ſunt vno. diſp. 28. *num.* 3.

E

EA dicuntur iuris diuini eſſe qua in lege naturali, vel ſacra ſcriptura continentur. diſp. 30. *num.* 10.
Eccleſia aduerſus Eccleſiam reſtituitur. diſp. 2. *num.* 4.
Eccleſia, vniuerſitati, aut minori competit actio ad legatum, ſeu hæreditatem ſibi relictam à die mortis teſtatoris. diſp. 1. *num.* 14.
Eccleſia, vniuerſitati, aut minori melius conſulitur per nullitatem, quàm per reſtitutionem. ibid. num. 19.
Epiſcopus, tutor, adminiſtrator & aconomus non ſolum tenentur conditionem Eccleſia, Vniuerſitatis aut minoris deteriorem non facere, ſed etiam ditiorem & meliorem quantum poſſint reddere. ibid. num. 24.
Epiſcopus in beneficijs curatis aut ſacerdotalem ordinem babentibus annexum, non poteſt diſpenſare, niſi ex diſpenſatione Sedis Apoſtolica. diſp. 25. *num.* 14.
Epiſcopi canonum miniſtri & executores ſunt. diſp. 32. *num.* 10.

Exhære-

Digitized by Google

INDEX.

Exhæredatio filij legitimi & naturalis facta à patre, non tollitur per arrogationem, qui eſt actus minus ſolemnis teſtamento, in quo exhæredatio fieri debet. diſp. 4. num. 13.

Exhæredatio quæ filium ab hæreditate paterna excludit, quæ ſit? diſp. 35. num. 1.

Excedens limites defenſionis puniendus eſt pœna extraordinaria arbitrio iudicis pro exceſſu. diſp. 8. num. 11.

Exemptio Clericorum à Laicorum poteſtate & iuriſdictione non ſolum à Principibus ſecularibus, verum neque à Rom. Pont. tolli poteſt. diſp. 30. num. 29.

Ex non ſolutione non præſumitur inimicitia capitalis. diſp. 16 num. 8.

Ex numero hæredum conditio obligationis non mutatur. diſp. 23. num. 3.

Ex reiteratione verborum enixa voluntas diſponentis colligitur. diſp. 26. num. 15.

Ex ſecundo decreto transfertur poſſeſſio in actorem. diſp. 34. num. 16.

Ex taciturnitate quando conſenſus, quando verò contradictio inducatur. diſp. 22. num. 7.

Etiam ſi teſtator vnum ex hæredibus iuſſerit æs alienum ſoluere, non tenetur niſi pro rata. diſp. 23. num. 8.

F

FActum contra formam in delegatione expreſſam, eſt nullum. diſp. 6. num. 1.

Factum in iuditio vetito nullum eſt, & nullum producit effectum. diſput. 29. numero 9.

Fama quæ ortum & originem habuit à maleuolis & inimicis, ab offenſo, & eius conſanguineis nullum operatur effectum. diſp. 16. num. 1. & 2.

Famulo vnius ex concubinis deponenti ad fauorem alteris in cauſa cum tertio, an plena ſit fides adhibenda? diſp. 22. num. 1.

Falſum depoſuiſſe intelliguntur, qui inter ſe diſcordant. diſp. 9. num. 3.

Facultas delinquendi in quantum poſſit reſtringenda eſt. diſp. 10. num. 12.

Fœmina non ſuccedit in feudum ex pacto & prouidentia exiſtentibus maſculis. diſp. 24. num. 15.

Feudum an poſſit obligari in præiuditium ſucceſſoris? diſput. 24. numero 1.

Feudum ex pacto & prouidenditia quod dicatur? ibid. num. 2. & numero 10.

Feudum à Rege conſtituitur prout ipſe vult. ibid. num. 3.

Feudum in dubio hæreditarium iudicatur. ibid. num. 2. & num. 5.

Feudum Regni Neapol. eſt hæreditarium. ibid. num. 5.

Feudi alienatio inducitur ex obligatione cum hypotheca facta pro debitore. ibid. num. 7.

Feudum nouum an poſſit in præiuditium ſucceſſoris alienari. ibid. num. 9.

Feudo donato, quot fuerint ſucceſſores, tot dicuntur donationes. ibid. numero 12.

Feudum maſculinum cum qualitate maſculini ſexus, dicitur ex pacto & prouidentia, non hæreditarium. ibid. num. 14.

Fau-

Feudum ex pacto & prouidentia dicitur quando in eius ſucceſſione habitus fuit reſpectus ad coniunctionem ſanguinis, & ad primogenituram. ibid. num. 16.

Feudum ex pacto & prouidentia non poteſt in obligationem deduci in præiuditium ſucceſſoris. ibid. num. 17.

Feudum quantumuis nouum non poteſt alienari in præiuditium ſucceſſoris. ibid. num. 26.

Feudum ex pacto & prouidentia in hoc differt ad hæreditario quod non poteſt hypotheca obligari in præiuditium ſucceſſoris abſquè illius conſenſu. ibid. num. 23.

Filius hæres patris alienantis feudum ex pacto & prouidentia, an poſſit alienationem reuocare? ibid. num. 6.

Filius meretricem in vxorem ducens, an poſſit à patre exhæredari? diſp. 35. num. 3.

Filius vxorem inhoneſtam ducens poterat exhæredari à patre iure antiquo digeſtorum. ibid. num. 13.

Fiſcus non habet iuriſdictionem, nec pro tribunali ſedet, ſed locum accuſatoris tenet. diſp. 26. num. 5.

Fractura carceris inducit confeſſionem delicti, pro quo detinebatur fractor, & quam confeſſionem? diſp. 9. num. 8. 9. & 10.

Fractores carcerum & aufugientes, qua pœna puniantur? ibid. num. 14. 15. 16. & 17.

Fuga illius qui à non ſuo iudice detinetur, non inducit confeſſionem delicti. ibid. num. 12.

G

Generali Imperatoris ſententia non comprahendit iura quæ condemnatus obtinebat ab eccleſia. diſp. 31. num. 6.

H

Habitans in duobus locis tunc demum in vtroquè domicilium habere dicitur, quando æqualiter in vtroquè habitat, ſi autem inæqualiter vbi frequentius commoratur. diſp. 33. num. 11.

Hæreditatis & legati dominium Eccleſia abſquè alia traditione à morte teſtatoris acquiritur. diſput. 1. numero 16.

Hæreditas plerunquè lucroſa eſt, & legatum inutile. ibid. num. 17.

Hæredes an teneantur pro debitis defuncti inſolidum, vel pro ea parte tantum in qua fuerunt inſtituti. diſp. 23. num. 1.

Hæreſis adulterio grauius delictum eſt. diſp. 32. num. 3.

Homicidium grauius eſſe adulterio probatur. ibid. num. 4.

I

Idem eſt non fieri & non iure fieri. diſp. 25. num. 16.

Idoneus ad beneficium dicitur qui poteſt & vult illud deſeruire. ibid. num. 9.

Illud

INDEX.

Illud poſſumus quod honeſtè & commodè poſſumus. diſp. 11. num. 7.
Immunitatis eccleſiaſticæ priuilegio non gaudet qui clericum occidit. diſp. 10. num. 4.
In acquirendis prælatus poteſt Eccleſiæ præiudicare. diſp. 1. num. 11.
In beneficiorum prouiſione modus electiuus non includitur, ſi modus prouidendi exprimitur. diſput. 4. numero 8.
In beneficialibus non mittitur actor in poſſeſſionem ex primo decreto, ne detur vitioſus ingreſſus. diſput. 34. num. 14.
In caſu ad quem nec verba nec intentio teſtatoris adaptari poteſt, nec eius diſpoſitio locum habebit. diſp. 25. numero 8.
Incluſio vnius eſt excluſio alterius. diſp. 35. num. 8.
Inditia remota debent concludenter probari per duos ſaltim teſtes. diſp. 16. num. 10.
In diſpoſitionibus etiam correctorijs & pœnalibus ſi fiat adaquatio, diſpoſitum in vno, diſpoſitum etiam cenſetur in alio, & tunc comprehenſio potius quam extenſio dicitur. diſp. 4. num. 12.
Indultum vt ſuum ſortiatur effectum, neceſſe eſt quod delicta ſint commiſſa ante illius publicationem. diſp. 14. num. 5.
Inducta ad vnum finem non debent interpretari vt contrarium operentur. diſp. 24. num. 19.
In fiſcum tranſeunt ea omnia, quæ in extraneum poſſunt tranſire. diſp. 31. num. 2.
In generali obligatione cauſa pignoris non veniunt res, quas credibile eſt neminem pignori ſpecialiter fuiſſe daturum. diſp. ead. num. 8.
In iure non reperitur cautum præuentionem realem verbali præferri. diſp. 28. num. 6.
Inimicitia capitalis reddit inhabiles ad teſtificandum. diſp. 18. num. 7.
Inimicitia capitalis quæ ſit? relinquitur arbitrio iudicis. ibid. num. 8.
In atrociſſimis licitum eſt iura tranſgredi, & ordo eſt ordinem non ſeruare. diſp. 21. num. 3.
In atrociſſimis iudices poſſunt ſi non mendacijs doloſis, ſaltem fictionibus pro extorquenda veritate. ibid. numero 5.
In atrociſſimis punitur affectus, licet non ſequatur effectus. ibid. num. 10.
Iniuria facta conſanguineo vltra quartum gradum, non eſt efficax ad inducendam inimicitiã, quæ inditium producat contra aliquem. diſp. 16. numero 7.
Iniuria alicui illata videtur illata ſocio itineris. diſp. 16. num. 4.
In materia iuriſdictionis quod non poteſt fieri in ſpecie, non etiam poteſt fieri in genere. diſp. 31. num. 7.
In publicà meretrice neque raptus, neque adulterium conſideratur. diſp. 15. num. 11.
Inſtitutus ex præſentatione eius, qui iuſpatron. poſſidebat, remoueri non debet licet ius patron. ab eo poſtea euincatur. diſp. 25. num. 6.
Integrum & maturius eſt iuditium, quod plurimorum ſententijs confirmatur. diſp. 6. num. 2.

Inter

INDEX.

Inter iudicem loci commiſſi delicti & originis delinquentium datur præuentio. diſput.28.num.1.
Interdictum de non alienandis rebus Eccleſiæ obtinet in his, quæ ſunt in eiuſdem Eccleſiæ patrimonio. diſp.1. num.10.
Interpretatur tex. in l. ſi quis poſt accuſationem. ff. de teſtam. diſp.14. numero 9.
Interpretatur tex. in cap. ex litteris. de diuortijs. diſput.15. num.8.
Interpretatur tex. in l. ſi vxor. §. Diui. §. ſi vxor. & §. ſi minor. ff. ad leg. Iul. de adulter. & l. propter. C. eod. ibid. num.10.
Interpretatur tex. in l. idonei. ff. de teſt. diſp. 22. num. 3.
Interpretatur tex. in l. ſi. ff. de teſtib. cap. quoties. cap. perſonas. eod. tit. & cap. fin. eod. tit. in 6. ibid. num. 4.
Interpretatur tex. in l. cum ab vno. ff. de legat. 3. diſp. 23. num. 9.
Interpretatur tex. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. ibid. num. 12.
Interpretatur tex. in cap. tua nos. de vſur. ibid. num.10.
Interpretatur tex. in l. qui ſolidum. §. prædium. ff. de leg. 2. diſp.24. numero 25.
Interpretatur tex. in cap. conſulationibus. de iurepatron. & reg. factum legitimè. in 6. diſp. 25. num. 17.
Interpretatur tex. in cap. cum contingat. de foro compet. diſput. 28. numero 12.
Interpretatur tex. in l. Diuus. ff. de cuſtod. & exhib. reor. diſp. 29. numero 10.
Interpretatur tex. in l. ſancimus. C. de agricol. & cenſ. lib. 11. ibid. numero 11.
Interpretatur tex. in cap. cum non ab homine. de iudic. diſp.30. num. 14.
Interpretatur tex. in cap. quid in omnibus. 32. quæſt. 7. diſp. 32. numero 5.
Interpretatur tex. in l. nec non. verſ. quod eius. ff. ex quib. cau. mai. ibid. num. 14.
Interpratatur tex. in cap. nuper. 22. de ſenten. excom. ibid. num. 15.
Interpretatur tex. in cap. dilectus. de reſcrip. diſp. 33. num. 10.
Interpretatur tex. in cap. quoniam frequenter. §. porro. vt lit. non conteſt. diſp. 34. num. 10.
Interpreatur tex. in cap. paſtoralis. §. præterea. de offic. ordin. ibid. numero 13.
Interpretantur & conciliantur tex. in cap. 1. & 2. de eo qui mit. in poſſ. & tex. in cap. vn. eod. tit. in 6. ibid. numero 17.
Interpretatur tex. in cap. 1. §. porro. quæſit. prima cau. feud. amitt. diſp. 35. num. 15.
Interpretatur tex. in l. ſi. C. de reuoc. donat. ibid. num. 16.
Iudex poſtea quam ſententiam tulit, functus eſt officio ſuo. diſp. 5. num. 2.
Iudex à prætore datus nullam habet iuriſdictionem, ſed ſolam notionem, & iudicandi facultatem. ibid. numero 11.
Iudex ſemel latam à ſe ſententiam non poteſt amplius corrigere. idid. num. 12.
Iudex vnius territorij non poteſt exequi ſententiam latam à iudice alterius, niſi

Digitized by Google

niſi cum cauſa cognitione. diſp. 15. num. 12.

Iudex in pœnis arbitrarijs mitiorem imponere debet. diſp. 17. num. 7.

Iudex decernere debet citationem fieri in domo inquiſiti, ſi perſonaliter non poſsit haberi. diſp. 26. num. 6.

Iudex originis abſquè partis querela procedere nequit. diſp. 28. num. 5.

Iudex ad arbitrandum quodnam ſit delictum graue, grauius, & grauiſsimum, quã debeat attendere. diſp. 32. num. 2.

Iure etiam Canonico delegatus poteſt exe qui ſententiam ſuam. diſp. 5. nu. 17.

Iuriſdictio iudicis loci commiſsi delicti offenſa dicitur, non iuriſdictio originis. diſp. 28. num. 3.

Ius defuncti per ipſius mortem extinguitur. diſp. 24. num. 11.

Ius vindictæ competit iure proprio; non vero iure hæreditario. diſp. 27. num. 5. & 13.

Ius patronatus quod eſt vnitum ſeu annexum alicui Vniuerſitati, Villæ, ſeu Caſtro, trãſit in fiſcũ confiſcata d. Vniuerſitate, Caſtro, vel Villa. diſp. 31. n. 10

Ius patron. annexum Vniuerſitati non tranſit ex vi ſententia, ſed ex vi vnionis, & per viã acceſſionis. ibid. nu. 11.

L

Laici de cauſis feudalibus clericorũ cognoſcere poſſunt. & quare. diſp. 3. num. 15.

Laici ſunt probibiti cognoſcere de cauſis merè Eccleſiaſticis, & de non mere; diuerſa tamen ratione. ibid. nu. 19.

Lapſus vnius anni requiritur ad hoc vt præualeat reſcriptũ ſecũdum, in quo de primo nõ fuit facta mẽtio. diſp. 3. n. 11

Lege Diuina cauſas merè & non merè Eccleſiaſticas à laicorum iuriſdictione exẽptas eſſe probatur. diſp. 30. n. 6.

Lectura examinis rei confeſſi in cõfrontatione alterius ab eodem vocati, neceſſaria omnino eſt. diſp. 21. num. 7.

Lex quam teſtator de rebus ſuis diſponẽs, impoſuerit, obſeruãda eſt. diſp. 25. n. 11

Lex vel Canon ſuperiori non reſeruans abſolutionem, cenſetur inferiori concedere facultatem illam impartiendi ſatisfactione præmiſſa. diſp. 32. n. 16.

Licet iure communi nouiori attento, reus trahi non poſſit vltra vnam dietam; in commiſſionibus appellationum cauſæ ſolent committi vltra duas dietas dũmodo non vltra tres; quæ clauſula ſpecialẽ & indiuiduã derogationem iuris communis inducit. diſp. 33. n. 12.

Lis quomodo conteſtari debeat reo de aliquo delicto inquiſito? diſp. 21. nu. 11.

Litteræ ſuper obtinendis beneficijs impetratæ (cum ſint ambitioſæ) ſunt reſtringendæ. diſp. 4. num. 7.

M

Mandatum de prouidendo beneficio per reſignationem vacatũro, non habet locum ſi beneficium vacauerit per mortem, niſi expraſſè de volũtate mandantis appareat. diſp. 4. nu. 6.

Mãdatũ in delictis, ex quibus inducatur quando non conſtat de eo? diſp. 16. n. 6.

Mater an debeat admitti ad accuſandũ pro offenſa filio facta viuente ipſo. diſput. 11. num. 1.

Matri licet agere interdicto ad exhibendum

Digitized by Google

dũ pro filio etiã viuente. diſp.ead.n.5.

Maritus licet res dotales uxore inuita alienare nõ poſſit; poteſt tamen repudiare hæreditatem & legatũ. diſp.1.n.8.

Matrimonia libera eſſe debent. diſp.36. num.12.

Matrimonium fuiſſe contractum quomodo probetur? diſp.15.num.4.

Matrimoniũ directè vel indirectè quouis modo impedientes, quominus liberum eſſe deſinat, anathematis pœnam ipſo facto incurrunt. diſp.35.nu.5.

Melius eſt ante tempus occurrere, quam poſtea vendicare. diſp.8.num.3.

Melius eſt nocentem impunitũ relinquere, quam innocentem condemnare. diſput.7.num.7.

Meretrix à vicinio honeſtarum mulierum expelli poteſt. diſp.35.num.5.

Meretrix etiam emendata, meretrix dicitur. ibid.num.6.

Memoria hominũ labilis eſt, & in teſte poſt annum præſumitur obliuio. diſp. 9.num.3.

Miſſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto in iudicio perſonali nõ poſſidet.diſp.34.n.1

Miſſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto in actione reali an verè poſſideat. ib.n.2

Miſſus in poſſeſſionem poſt litem cõteſtatam, efficitur poſſeſſor. ibid. n.9.

Miſſus in poſſeſſionem ob nimiã contumaciam efficitur poſſeſſor. ibid.n.11.

Modi procedendi cõtra reos abſentes sũt ſeptem, remiſſiuè. diſp.26.nu.12.

Monaſteriũ ſubſtitutum capit hæreditatẽ iure directo ex ipſa teſtatoris expreſſa voluntate; Monaſteriũ vero, in quo inſtitutus profeſſus eſt, non iure directo, ſed Religionis fauore capit: quia habetur loco filij ex ipſa iuris fictione. diſp.2. num.9.

Moralia præcepta continent, & declarãt ius naturæ, quæ non ſunt abrogata, ſed nunc obligant, & ſemper obligabunt. diſput. 30. num.18.

Mortuo debitore ex teſtamento, vel ab inteſtato, ipſo iure diuiditur inter hæredes actio & obligatio. diſp.23.n.5.

Mulieres ad accuſandum non admittuntur, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur. diſp.11.num.2.

Mulieris leuitate nulla maior, & variũ et mutabile genus dicitur. diſp.21.n.14

Mulier admittitur ad accuſandum pro morte ſoceri. diſp.27.num.2.

Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. diſp.25.num.5.

N

Negatiua coarctata loco & tempore legitime probata affirmatiuæ præfertur. diſp.16.num. 3.

Negatiua coarctata loco & tempore reddit inquiſitum innocentem, & excludit omnia inditia. diſp.18.num.10.

Non eſt credendum illorum teſtimonio, cuius repelluntur auctores. diſp.9.n.6.

Non eſt culpandus qui meretricem ducit, ſed laudandus: quod ex mala fecit bonam. diſp. 35. num. 9.

Non minus ſupplicium eſt meretricem ducere, quam ſemel & confeſtim naturæ debitum agnoſcendo vitam cum morte commutare. ibid.num.11.

Non ſolum delegatus Principis, ſed etiam inferioris poteſt exequi ſententiam ſuam. diſp.5.num. 9.

Nulla differentia eſt inter iudicia realia & perſonalia quoad miſſionẽ in poſſeſſionem ex primo decreto. diſp.34.n.4.

Ob-

INDEX.

O

OBtruncans dentibus narem mulieris,qua pœna veniat afficiendus? diſput. 17. num. 1.
Occidens aliquem ad ſua vitæ & honoris defenſionem non eſt puniendus. diſp. 8. num. 1.
Occidiſſe aliquem ad ſui neceſſariam defenſionem an ſufficiat probare præſumptiuè? diſp. ead. num. 2.
Offenſus in rixa non poteſt teſtificari contra offendentem. ibid. num. 6.
Ordinarius ſiuè delegatus poteſt eligere aſſeſſores, & illorum iudicio cauſas terminare. diſp. 6. num. 11.

P

PActum præter naturam contractus, cui adijcitur, valet & tenet. diſp. 19. num. 2.
Pœna delicti nulla data opera, neque præcedente dolo,ſed calore iracundiæ facti minoratur. diſp. 17. nu. 5.
Paria ſunt non eſſe,& in obſcuro eſſe. diſp. 11. num. 5.
Pater an poſſit filiū exhæredare propter ſimilem vel maiorē cauſam illis, quæ referuntur in authen. vt cum. de appel. cogn. §. aliud. coll. 8. diſp. 35. nu. 7.
Pater hæreditatē vel legatum filio delatū ſolus repudiare nō poteſt. diſp. 1. n. 25.
Pauperior nō fit qui non acquirit,ſed qui de patrimonio ſuo depoſuit. ibid. n. 28.
Pecunia an poſſit dari mercatori ad negotiandum cum hoc pacto vt capitale ſemper ſit ſaluum, & lucrum æquis portionibus diuidatur. diſp. 19. nu. 1.
Pendente relatione facienda coram Superiore ad aliquem actum procedi non poteſt. diſp. 13. num. 2.
Perſona cunctis rebus pretioſior eſt. diſp. 2. num. 6.
Ponderatur tex. in l. 3. C. de negot. geſt. diſp. 23. num. 4.
Ponderatur tex. in cap. cum Bertoldus. de re iud. diſp. 31. num. 12.
Poſſidenti non incumbit onus probandi. diſp. 34. num. 12.
Poſteriori diſpoſitione prior abrogatur. & quomodo id intelligatur, & quando locum habeat? diſp. 3. num. 4.
Poteſt quis ad ſui defenſionem alium offendere. diſp. 7. num. 2.
Prælatus donare non poteſt abſquè cauſa & ſolemnitate. diſp. 1. num. 13.
Prælatus qui potuit quærere Eccleſiæ & tutor pupillo, & non acquiſiuit, tenetur ad intereſſe. ibid. num. 26.
Præcedentibus inditijs ex quibus Iudex colligere valet reum commiſiſſe delictū,vel complicem eſſe, poteſt & debet poſt interrogationem generalē ad particularē deſcendere,& illū interrogare de delicto,& circūſtātijs. diſp. 21. n. 1
Præſcriptio non nocet, præſcribere non valenti. diſp. 28. num. 8.
Præuētio per citationē attenditur in his, quæ iuriſdictionē concernūt. ibid. n. 4.
Prærogatiua ab inferiore alicui conceſſa ſemper intelligitur exceptis priuilegiatis. diſp. 20. num. 8.
Pretium operæ et artis velamentum eſt. diſp. 19. num. 6.
Primis naſcentis Eccleſiæ temporibus clerici erant Principibus ſecularibus ſubiecti. diſp. 30. num. 7.
Primum reſcriptum, de quo non fuit facta mentio in ſecundo,præualet. diſp. 3. num. 14.

 Pri-

INDEX.

Primum nō præſupponit ſecundum eiuſdem qualitatis. diſp. 34. num. 8.

Priuilegiatus contra pariter priuilegiatū non gaudet ſuo priuilegio. diſp. 2. n. 1.

Priuilegiatus contra pariter priuilegiatū non gaudet ſuo priuilegio, quotiens vtrunque priuilegium ſimile eſt, idem continet, & ad idem tendit. ibid. n. 7.

Priuilegium monaſterij non extenditur contra aliud monaſterium. ibid. n. 3.

Priuilegia nonnulla Almi Collegij maioris Hiſpanorum Bononiæ referuntur. diſp. 20. num. 6.

Prohibitum fieri aliquid directo, prohibitum etiam eſt per obliquū. diſp. 31. n. 5

Pro homicidio in rixa plurium commiſſo quis & qua pœna veniat puniēdus? diſp. 7. num. 7.

Pro offenſa facta clerico quilibet poteſt conquæri, & prætor ex officio procedere poteſt. diſp. 11. num. 10.

Pro verbis Iudicis præſumitur quatenus natura illorum eſt apta comprehēdere id, de quo agitur. diſp. 26. num. 7.

Prouiſio facta per modum diſpoſitionis puræ in vnum caſum, regulariter nō extenditur ad alium. diſp. 4. num. 15.

Q

QVa in prouincia quis peccauerit, illic etiam debitis ſupplicijs ſubijciendus eſt. diſp. 28. num. 2.

Quando eidem Principi, & Regi ſubijciuntur Iudex originis, & loci delicti, abſq; cōtrouerſia Iudex originis cauſā ad Iudicē loci delicti remittere debet, ſub pœna librar. aur. triū. diſp. 28. n. 7.

Quando in contractu deducta eſt res merè diuidua qualis eſt quæ pondere, numero, vel menſura conſiſtit, etiam ſi aliquis ex hæredibus efficiatur nonſoluendo, alij cohæredes non tenentur pro eo, ſed quilibet pro parte ſua hæreditatis. diſp. 25. num. 7.

Quando aliter veritas haberi non poteſt, ne probationum facultas pereat, admittuntur teſtes minus idonei. diſp. 7. n. 9.

Quando iniuſtè quis detinetur in carceribus, non inducitur ficta confeſſio delicti ex illius fuga. diſp. 9. n. 11.

Quando quis petit cauſam alicui Iudici committi, dum coram alio pendet, mentionem facere debet de litis pendentia, & illius ſtatu; aliàs reſcriptum erit nullum. diſp. 13. num. 4.

Quando liceat Iudici reo neganti dicere curiæ conſtare de delicto ab eo commiſſo? diſp. 21. num. 4.

Quando vnum Capitulum habet propriā & ſpecialem determinationem, clauſula generalis poſita in eo non refertur ad præcedentia. ibid. num. 15.

Quæ mixti imperij ſunt delegari non poſſunt. diſp. 5. num. 3.

Quæ ſint attendenda pro arbitranda pœna auctori rixæ imponenda? diſp. 7. n. 11.

Quæ inducant tractatum & participationem parricidij? diſp. 21. num. 9.

Quæ contra ius fiunt, pro infectis haberi debent. diſp. 25. num. 17.

Quæ differentia ſit inter Iudicem incompetentem & incapacem? diſp. 29. n. 5.

Quædam ſunt negotia merè Eccleſiaſtica, quædam non merè, quædam merè temporalia, quedā mixta. diſp. 30. n. 1.

Quæ à iure Diuino ſtatuta ſunt, neque Pontificio, nec ciuili immutari poſſunt. diſp. 30. num. 8.

Quæ non poſſunt ſola alienari, cum vni-

uer-

Digitized by Google

uerſitate tranſeunt. diſp.31.num.4.
Querela facta ab eo, qui diu tacuit, ſuſpecta habetur. diſp.9.num.5.
Qui cum poſſit aliquid quærere & non quærit, nō pertinet ad edictū prætoris quæ in fraudem creditorū. diſp.1.n.9.
Quilibet præſumitur bonus niſi probetur contrarium. diſp.7. n.9.
Qui poſt delictum commiſſum ad Eccleſiam confugiunt; ſi ſponte ab ea exierint, & capti ſint, poterunt licitè puniri pœna, quam de iure pro tali delicto merēantur. diſp.10. n.5.
Quidquid fit aduerſus fideiuſſorem de ſtando iuri, & ſoluendo quidquid fuerit iudicatum, eo non citato, non valet. diſp.11.num.3.
Qui mutuo accepit mille vltra mare vehendos, licitè poteſt vltra ſortē aliquid recipere in prætium ſuſcepti periculi. diſp.19.num.3.
Qui præfertur Doctori, & iuriſdictionē exercenti etiam in actibus ſua commiſſionis multo magis præcedere debet idiotos, & iuriſdictionem non habenti. diſp. 20. num.7.
Quilibet hæres repræſentat perſonam defuncti in illa parte tantum, in qua fuit hæres inſtitutus, non in aliâ diſp.23. num.6.
Qui remittit, repræſentat in omnibus & per omnia perſonā offenſi. diſp.27.n.9.
Qui mittitur in poſſeſſionē cauſa rei ſeruandæ, non poſſidet, ſed detinet. diſp. 34.num.5.
Qui meretricem in vxorem ducit, remiſſionem peccatorum naniſcitur. diſp. 35.num.9.
Quod nullum eſt, nullum iuris effectum producit. diſp. 29. num.2.
Quod prohibitum alicui non eſt, permiſſū eſſe intelligitur. diſp.32.num. 9.
Quodlibet milliare cōſtat mille paſſibus, paſſus quinque pedibus, & per ſexdecim digitis. diſp.33.num.3.
Quoties in delegato Principis aliquid ſpecialiter receptum eſt, exprimitur à iure. diſp.5.num.10.
Quoties ſumus in dubio, de qua pœna iura intelligenda ſint, benignior eſt imponenda. diſp.9.num.16.
Quoties plures actiones ex pluribus delictis proueniunt, vna non extinguit aliam. diſp.14.num.7.

R

Receptantes capitaliter bannitos ab Statu Eccleſiæ pœna capitali, & confiſcatione bonorum puniuntur. diſp. 21.num.13.
Regula quod vnus vno reſpectu minor poteſt eſſe alio reſpectu maior, quomodo intelligatur? diſp.20.num.10.
Relictum alicui ſub cōditione ſi morte patris ſui iuris efficiatur, debetur ſi emācipatione à poteſtate liberetur. diſp. 4. num. 3.
Remiſſio non eſt exigēda à filio Religionē mendicantiū profitente. diſp.27.n.12.
Repudiatio eſt alienatio iuris ſolemnitatem requirens. diſp.1. num.12.
Repudiatio eſt actus alienationi proximus. ibid.num.22.
Repudians hæreditatem ad remiſſionem necis defuncti, non admittitur. diſp. 27. num.10.
Res Eccleſiæ, Vniuerſitatis, aut Minoris alienari non poſſunt abſque iuris ſolemnitate. diſp.1.num.1.
Res Vniuerſitatis aut Minoris alienari

non

non poſſunt abſq; Iudicis decreto. ibid. n.2.
Reſcriptorum natura expoſtulat Principi referenda eſſe omnia quæ ad iuſtã petitionis conceſſionem expectant. diſp.3. num.2.
Reſcriptũ ſecundũ etiam ſine prioris mẽtione,quo primus impetrãs dolo vel negligentia vſus non fuit,valet.ibid.n.7.
Reſtitutus ad Ciuitatem recuperat, quæ per deportationem ammiſerat. diſput. 14.num.3.
Reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis. diſp.24.n.13.

S

SAcrum eſt,quod Deo publicè,non priuatè dicatum & conſecratum eſt; ſanctum autẽ quod ab iniuria hominũ defenſũ atq;munitũ eſt.diſp.10.n.10.
Sacrilegus non eſt qui carceres frangendo ab eis aufugit. ibid.n.2.
Sacrilegus immunitate Eccleſiaſtica non gaudet. ibid. num.2.
Sacrilegium non committitur niſi res, locus,aut perſona ſacra interueniat in eo. ibid. num.8.
Seculares Principes protectionem clericorum,& Eccleſiarum exercere debent. diſp.30.num.13.
Sentẽtia lata ab vno ex Iudicibus à Principe delegatis, cui alius vices ſuas committit,valet. diſp.6. nu.5.
Sententia ſola abſquè proceſſu & probationibus non probat crimen quoad alterius territorij Iudicem, nequè facit inditium ad torturam, & quomodo id intelligatur. diſp.15.nu.13.
Sententia ſoriudicationis redditur nulla ex defectu legitimæ citationis ad informandum. diſp. 26.num.1.
Sententia lata cõtra abſentem ſolemniter non citatũ,eſt ipſo iure nulla. ibid.n.3.
Sententia lata cum inualido fundamento non habet iuris firmitatem. ibid.n.4.
Sententia lata in diebus feriatis eſt nulla. ibid. num.9.
Sequeſter fructus collectos tenetur reſtituere poſt finem litis victori. diſp. 31. num. 14.
Si priuilegia diſſimilia ſint,ille gaudet ſuo qui damnum,læſionem,vel captionem patitur. diſp.2. num.8.
Si filius committit cauſam ingratitudinis, propter quam poſſit exhæredari à patre ſi per arrogationẽ reconcilietur patri ante quam condiderit teſtamentum;non poteſt amplius pro illa cauſa exhæredari. diſp.4. num.14.
Si principium eſt licitum,et finis illicitus, vel è contra,attenditur id,quod eſt licitum. diſp.8.num.5.
Sicut exercitio iuriſdictionis penès plures conſtituto,omnes loco vnius habentur, ita & vnus, cui alius vices ſuas commiſit, loco duorum habetur, & duas perſonas repræſentat. diſp. 6. nu.9.
Sicut qui Eccleſiam Dei vaſtat,& illius prædia,& donaria expoliat, & inuadit,ſit ſacrilegus,ſic ille,qui eius Sacerdotes inſequitur, ſacrilegij reus exiſtit,& ſacrilegus iudicatur. diſp. 10. num. 3.
Si alicui fuit mandatũ vt occideret Titiũ,& ipſum occidit propter inimicitiã capitalem,quã cum ipſo habebat,mandans an teneatur de homicidio? diſp. 16. num.11.
Si quis mandet alicui pecunias vel merces in naui ſua in Hiſpaniã,vel alio ve ben-

Digitized by Google

bendas hoc pacto, vt ſi ſalua acceſſerint ad portum, certam ſummam habeat in pretium ſuſcepti periculi; ſi verò perierint, quod teneatur emendare damnum, valet contractus, & vterque obligatur. diſp.19.num.4.
Simonia adulterio grauius delictum eſt. diſp.32.num.8.
Solitus delinquere grauius eſt puniendus diſp. 18. num.4.
Solitus delinquere dicitur, qui bis deliquit. diſp. ead. num.5.
Socij criminis non ſunt teſtes omni exceptione maiores, ſed inhabiles, & minus idonei. diſp.7.num. 3.
Societas ita coiri poteſt, vt alter pecuniã conferat, alter non conferat; & lucrum inter eos commune ſit. diſp.19.num.8.
Soror dotata, & à ſucceſſione per renunciationem excluſa à remiſſionis neceſſitate excluditur. diſp.26. num.11.
Solus Princeps poteſt committere cauſam appellatione remota. diſp.6.nu.8.
Spontanea comparitio maximum innocentiæ inditium eſt. diſp.16.num.12.

T

Tacitum & præſumptum non ſufficit vbicunque in iure expreſſum requiritur. diſp.35.num.15.
Terror armorum ſufficit, vt quis dicatur in diſcrimine vitæ conſtitutus. diſp. 8. num.4.
Tempore Digeſtorũ propter adulterium non inferebatur pœna ſanguinis. diſp. 32. num.6.
Teſtamentum prius tollitur per poſterius legitimè factum. diſp.3.num.6.
Teſtamentum eius, qui poſt accuſationẽ ante condemnationem deceſſit, valet. diſp.14.num.6.
Teſtamenta vt rectè ordinentur ab hæredis inſtitutione ſeù exhæredatione initium capere debent. diſp.35. nu. 1.
Teſtator non poteſt rebus ſpiritualibus qualitates imponere niſi de conſenſu Epiſcopi. diſp.25. num.2.
Teſtator nõ poteſt mutare Canonũ ordinẽ & conſtitutionem Eccleſiæ. ibid.nu. 3.
Teſtes qui plures patiuntur defectus, non admittuntur etiam quando aliter veritas haberi non poteſt. diſp.9.nu.9.
Teſtibus in defenſionibus examinatis & diſcordantibus in facto, à principali, nõ eſt fides adhibenda. diſp.17. nu.2.
Teſtes minores quatuordecim annis nihil probant. ibid.num.3.
Teſtes non repelluntur ex eo, quod fuerint de criminibus accuſati, niſi fuerint cõfeſſi, vel condemnati, vel infamia ex eis irrogetur eiſdem. diſp.18. num.9.
Teſtes licet minus idonei admittantur ad defenſionem rei, debent tamen eſſe idonei ad repulſam teſtiũ Fiſci. ibid.n.11.
Teſtes de domo admitti poſſunt ad teſtificandum de rebus in ea factis. diſp. 22 num.2.
Tumultui populari cauſam dantes, qua pœna puniantur. diſp.18.num.2.

V

Valet argumentum de contractibus ad iudicia. diſp.31.num.1.
Vbi lex indiſtinctè loquitur, indiſtinctè debet intelligi. diſp.1.num.25.
Vbi alterius ex ſocijs induſtria non æquiualet pecunia in ſocietatem ab alio datæ, rectè datur pecunia hoc adiecto vt

ca-

Digitized by Google

capitale ſit ſemper ſaluum, & lucrum diuidatur æquis portionibus, habito reſpectu ad induſtriam & periculum ſuſceptum. diſp. 19. *num.* 5.
Vbi cœptum eſt iudicium, ibi terminari debet. diſp. 28. *num.* 4.
Vendita, locata, aut donata bonorum Vniuerſitate, cõprehenditur etiam ius patron, quod ſub illa continetur. diſp. 31 *num.* 1.
Vera interpretatio l. minor. & c. auditis. in fin. de in integr. reſtit. redditur. diſput. 2. *num.* 10.
Verbum nullus *eſt vniuerſale negatiuũ omnes excludens. diſp.* 11. *nu.* 8.
Verbum hæres *ſimpliciter prolatum in materia feudali intelligitur de maſculo. diſp.* 24. *num.* 4. & 20.
Verbum decernimus. *ius nouum inducit. diſp.* 30. *num.* 9.
Verbum decernimus. *aliquando ius vetus declarat. ſecundum ſubiectam materiam. ibid. num.* 16.
Verbum prior. *denotat poſteriorem poſt ſe. diſp.* 34. *num.* 3.
Verus intellectus aſſignatur ad c. fin. 17. *q.* 4. *diſp.* 1. *num.* 20.
Verus intellectus ad c. de quarta. de praeſcript. aſſignatur. diſp. 2. *num.* 11.
Verus intellectus ad l. ſi vt proponis. C. quomodo & quando. diſp. 5. *nu.* 14.
Verus intellectus. l. 1. *ff. de offic. eius. ibid. num.* 16.
Verus intellectus conſt. ſi quis aliquem. de percuſſ. illic. diſp. 17. *nu.* 8.
Verus intellectus c. fin. de vſur. diſp. 19. *num.* 7.
Verus intellectus ad l. filiusfam. §. cũ pater. ff. de legat. 1. *diſp.* 24. *nu.* 24.
Verus intellectus L. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. C. de praeſcr. triginta vel quadraginta annorum. diſp. 34. *nu.* 6. & 7.
Vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt. diſp. 3. *num.* 9.
Vna cauſa de pluribus requiſitis non eſt in conſideratione, vt deficientibus alijs operetur eundem effectum, quem omnes ſimul operarentur. diſp. 9. *nu.* 13.
Voluntas teſtatoris pro lege ſeruanda eſt in ſpecifica forma. diſp. 25. *n.* 7.
Vſuram non committit qui non recipit vltra ſortem aliquid temporale. diſp. 31. *num.* 13.
Vterquè reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: nam ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat. diſp. 8. *nu.* 8.
Vulgaris dicta quæ ſit? diſput. 33. *n.* 4.
Vulgi opinio dicentis aliquem ad inopiã vergere, attenditur quando quis vtitur male ſubſtantia ſua. diſp. 12. *num.* 2.
Vxor dicitur caput affinitatis. diſp. 27. *num.* 3.
Vxor eſt vna & eadem caro cum marito. ibid. num. 6.
Vxoris remiſſio an requiratur de nece mariti cõcurrẽtibus alijs cõſanguineis ſucceſſoribus hæreditarijs. ibid. n. 4.

FINIS.

NAPOLI
592981

Digitized by Google

ſotto
ferito
luna co
delloro
mene

Digitized by Google



Digitized by Google